

Dc 1685



87.

acc. 87.

[Faint handwritten text]

I. D. 21.0.



10.





BARDESANES GNOSTICVS

SYRORVM

PRIMVS HYMNOLOGVS

COMMENTATIO HISTORICO - THEOLOGICA

QVAM SCRIPSIT

AVGVSTVS HAHN,

PHILOS. D. ET AA. M. SOCIETATIS HISTORICO - THEOLOGICAE LIPS.

ET HVCVSQUE SEMINARII PASTORALIS VITEBERG. SODALIS,

IAM IN ACADEMIA ALBERTINA THEOLOGIAE

PROF. P. E.



LIPSIAE, MDCCCXIX

SVMTIBVS FRID. CHRIST. GVIL. VOGELII.



BARDESSAINE GROSSIGS

SYROLYM

PRINCE'S HERMIONOVS

COMMITTEE'S HISTORICAL - THEOLOGICAL

OLIVE SOCIETY

ALSO V. S. H. A. N.

THE UNIVERSITY OF TORONTO - THEOLOGICAL LIBRARY
128 SPADINA AVENUE TORONTO ONTARIO
CANADA M5S 1A5



UNIVERSITY OF TORONTO

THE UNIVERSITY OF TORONTO



THEOLOGIS VITEBERGENSIBVS SVMMÆ
VENERANDIS

CAROLO LVDOVICO NITZSCHIO

IOHANNI FRIDER. SCHLEVSNERO

HENR. LEONHARDO HEVBNERO

CAROLO IMMANVELI NITZSCHIO

DOCTORIBVS, PATRIBVS, AMICIS

ET

SEMINARII PASTORALIS, QVOD SVB EORVM
AVSPICIIS FLORET

SODALIBVS CARISSIMIS

HOC GRATI ANIMI ET SEMPITERNÆ AMICITIÆ PIGNVS

RELIQVIT

A V C T O R.

THEOLOGICAE VITAE SYMPLIX

VERBA

CAROLO LUDOVICO WITZSCHIO

JOHANNI FRIDRICH SCHNEIDERO

FRIDERICO LEONHARDO LEVNERO

CAROLO WITZSCHIO

DOCTORIBUS PATRIBUS AMICIS

ET

GERMANIAE PASTORIBUS QUOD ET FORIS

AVANGIIS TROTT

SODALIBUS CARISIMIS

HOE STATAE VITAE SYMPLIX VERBA

VERBA

AVANGIIS



INDEX FONTIVM ET GRAVISSIMORVM
SVBSIDIORVM.

A re nostra non alienum ratus, monumenta omnium scriptorum recensere, e quibus tanquam fontibus repetita est cognitio vitae pariter ac doctrinae Bardesanis, ita hoc instituiam, ut in ordine constituendo, quo se excipiant, non tam indolis quam temporis rationem habeam. Adiciam vero subinde, si consilio convenire visum fuerit, et iudicium et indicium breve argumenti, editionem quoque indicabo, qua usu sim aut uti potuerim.

Primus est *Porphyrius* philosophus, qui patria Tyrius, Syrorum lingua *Malchus* antea vocatus est, quam a Longino praeceptore graecum nomen acciperet. Viguit saec. 3. attigitque saeculum quartum († circa a. 306.). Hic vir duo fragmenta unius, ut videtur, libri Bardesanis servavit ¹⁾. Alterum, in quo agitur de Gymnosophi-

1) Intelligi in utroque fragmento nostrum Bardesanem, licet nonnulli negent, vix dubitari potest. Hic enim

1) tam reliquorum populorum, quam inprimis Indorum mores et doctrinam, teste Eusebio loco citato indicando,

stis, Indorum sapientibus, continetur lib. IV. *De Abstinentia* §. 17. sq. p. 355. sqq. edit. *Jacobi de*

diligenter cognoscere studuit; 2) vocatur *Βαρδισάνης ὁ ἐν Μεσοποταμίᾳ*, ut ab Eusebio, Epiphanio aliisque et primo loco *Vir Babylonius*. Ita quoque Mesopotamios appellatos esse inter historicos constat; nam propter Babylonis claritatem reliqua pars Mesopotamiae Assyriaeque Babylonia appellata est, inquit Plinius H. Nat. l. VI. c. 30. Hieronymus l. II. in Iovin. Porphyrium secutus perinde eum vocat et profecto nostrum intelligit, de quo in catalogo scribit, quum taceat de personarum diversitate. Utroque loco Porphyrius narrat, Bardesanem cum legatis Indorum ad Imperatorem Rom. in Syriam profectis collocutum esse. Qui Imperator quum vix alius esse possit, quam L. Antoninus Verus, qui Bardesanis nostri aetate in Syria fuit, multosque populorum Orientalium legatos vidit, cum cuius comitibus, nisi cum ipso, versatus est noster, mirum sane foret, si duobus viris eiusdem nominis variis temporibus eadem contigissent. Quod si Porphyrius alium huius nominis philosophum intellexisset, accuratius profecto significasset, cum Bardesanis nostri nomen per Orientem celeberrimum esset. 3) Patrum suorum temporibus eum vixisse dicit in l. de Abst.; iisdem, ut videbimus, noster vixit. 4) Quas denique Indorum fabulas consignasse dicitur Bardesanes, praesertim de statua ingenti et mirifica, eae ita sunt relatae, ut Bardesanem Gnosticum suas opiniones in illas transferentem facile agnoscas. — Monentur haec contra *Heeren*, V. Ill., qui (*Stobaei eclog. L. 1. p. 141.*) absque ratione iusta sublato ἀρρηκόμενον legit Ἀρωτινίου τοῦ ἐξ Ἐπισῶν, quo efficiat, ut Heliogabalus, non Antoninus Verus sit intelligendus, quod etiam *Neandro* non probatur (*Genetische Entwicklung der*

Rhoer. Traj. ad Rhen. 1767. 4.; alterum vero fragmentum, in quo Bardesanes de aqua probationis apud Indos et statua ingenti eaque miraculosa in spelunca quadam narrat, ipsum est fragmentum libri Porphyrii *de Styge*, quod exhibet *Andr. Schottus* in *Observatt. humanarum lib. V. c. 20. p. 229. sq.* Hanoviae 1615.

Philosophum gentilem excipit Episcopus, *Eusebius* Caesarensis († a. 340.), qui *καχόρευον γοήτειαν* Astrologorum Chaldaicorum aggressurus sese munit fragmento egregio *Dialogi*, quem Bardesanes *de Fato* scripsisse perhibetur, *Praep. Evang.* l. VI. c. 10. p. 273. sqq. edit. Colon. 1688. Quae leguntur inde a p. 274. fere usque ad finem, eadem pene reperies in *Recognit.* l. 9. c. 19—23. ed. *Cotelerii*, variis tamen vel additis, vel omisis, vel mutatis. Vix dici poterit, utrum fragmentum textum Syriacum deperditum accuratius exprimat. Apud Eusebium vero, qui plura habet, nisi ipse dixisset, haud facile suspicaberis, quae graece leguntur, e syriaco sermone esse translata. Recognitionum auctor, quem Rufinus e Graeco in Latinum vertit, usus esse videtur versione dictionis Syriacae tenaciore. — Porro *Eusebius* in *Hist. Eccl.* l. IV. caput 30. inscripsit:

gnost. Systeme p. 221. 19.). Ceterum Heliogabali aetatem ei assignare conati sunt etiam *Dodwell* diss. IV. in *Iren.* §. 36. et VI. §. 11. et *Grabe* spicileg. patr. eccles. saec. II. T. 1. p. 317.

περὶ Βαρδησάνου τοῦ Σύρου, καὶ τῶν φερομένων αὐτοῦ λόγων. Ed. *Valesii* Augustae Taurin. 1746. p. 167. (Sequitur hunc *Nicephorus* H. Eccl. l. IV. c. XI.)

Iam prodit hac in re clarissimus et uberri-
mus testis, pius *Ephraemus*, qui tantam apud
suos adeptus est famam, ut *propheta Syrorum* et
cithara Spiritus S. appellaretur simulque cum S.
Iacobo: *Ora facunda et columnae ecclesiae.*

Nisibi natus et adolescens a S. Iacobo epi-
scopo baptizatus, praeceptore mortuo, Edessam
petiit vitamque monasticam professus prope hanc
urbem cum monachis monticolis aliquamdiu ver-
satus est. Recusavit honores ecclesiasticos sponte
ipsi et saepe oblatos, tandem vero fama pietatis
et eloquentiae Basilii M. Caesaream vocatus ab
hoc licet invitus Diaconus est creatus. Rever-
sus Edessae consenuit et animam piam beatam-
que efflavit a. 378., imperante, ut aiunt, Valente,
qui eodem anno interiisse dicitur. (v. *Hieron.*
Catal. Script. Eccl. c. 115. cll. Assemani Bibl.
Or. T. I. p. 24. 54. sq. et Acta S. Ephraemi,
quae syriace et latine in limine Tomi III. *Opp.*
Ephraemi exhibentur, haud raro fabulosa).

Hic vir inter populares non pietate solum
sed eruditione quoque excelluit, qui propterea a
Iacobo, Episc. Edesseno sub finem saec. 7. flo-
rescente, viro de sermone Syriaco praeclare me-
rito, cum *Iacobo* Ep. Sarugensi (saec. 5. et 6.),
Isaaco Syro et *Xenaja* Ep. Mapugensi (s.

cos, quorum de Fato s. Astrorum tyrannide opinioniones ipsa tristitia sua et necessitatis, quam praetendebant, inevitabili vi multos etiam Christianos capiebant; speciatim vero insurgit contra *Marcionem*, *Bardesanem* et *Manetem* (مَنْتَمٌ)²⁾, ita ut is, qui Syriaca intelligit, — nam et *Benedictus* et *Assemani* junior, viri doctissimi et ob inenarrabiles, quos in tantis voluminibus describendis et vertendis sustinuerunt, labores maximi faciendi, liberius saepe verterunt, quum Syriaca eleganter reddere studerent, et falso nonnunquam, quum moles celeritatem negligentiamque doceret — philosophemata istorum virorum penitius et plenius inde eruere possit, praesertim Marcionis, deinde Bardesanis; nam contra *Manetem*, aetate sibi propiorem, magis clamat quam disputat. — Praeter hos duo fragmenta hymnorum Ephraemi contra Bardesanem eaque gravia exstant in *Actis S. Ephraemi* supra laud. p. L. et LIII. Indidem quoque notitias de hymnodia Bardesanis et Ephraemi petemus, Etsi aetas

2) Emendandum esse *Ebedjesu*, qui in Catalogo metrico libror. Ecclesiast. in *Assemani* B. Or. T. III. P. I. p. 63., hanc hymnorum collectionem indicans Ephraemum scripsisse dicit contra *Simonem* et *Bardesanem* et contra *Marcionem* etc. et pro مَرْيَمَ legendum esse مَرْيَمَ post *Abrahamum Ecchellensem* recte monet *Assemani* ibidem; nullibi enim contra *Simonem* disputasse eum legimus.



horum Actorum incerta est, exeunte tamen saec. V. aut ineunte VI. composita videntur.

Metri et hymnodiae gratia, cuius auctor inter Syros Bardesanes fuisse traditur, praeter istos hymnos, eos quoque in usum vocabimus, quos (numero 87.) composuit *de fide contra scrutatores* (Rationalistas): ܐܘܪܘܟܝܢܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ h. e. familias Arianas Aëtianorum, Eunomianorum etc., quos ibi prae ceteris ingenti verborum vi obruere laborat. Leguntur hi hymni in Opp. T. III. p. 1—208. versi a *St. Ev. Assemano* 3).

Ephraemo iungendus est *Diodorus Episc. Tarsensis*, (quem circa a. 394. obiisse dicunt), qui librum 53 capitum conscripsit contra fatum

3) Scripsit contra Bardesanem etiam *Ara* quidam. Ita enim habet *Ebedjesu* in Carmine suo, quod librorum Syr. Ecclesiasticorum catalogum continet, cap. 167.:

ܐܘܪܘܟܝܢܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ
ܐܘܪܘܟܝܢܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ
ܐܘܪܘܟܝܢܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ
ܐܘܪܘܟܝܢܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ ܕܥܘܢܘܡܝܐ

h. e. *Ara* scripsit contra Magos Librum, et contra Bardesanem Eum, qui inscribitur *Scarabaei*. Exstat quoque liber *Pacuri*. — Periiit vero liber *Arae*, viri incertae aetatis. Totum carmen *Ebedjesu* legitur in *Assem. B. O. T. III.* et hoc quidem caput p. 3.



(καθ' εἰσαγωγῆς), cuius epitomen exhibet *Photius* in Bibliotheca (ed. Andr. Schotti Rothomagi 1653.) cod. 225. p. 662. sqq., ubi sententiam Bardesanis de fato et libero hominum arbitrio eandem proponit, qualem Ephraemus et ipse Bardesanes apud Eusebium proposuerunt.

Iam sequitur, qui *Adamantii dialogus de Recta in Deum fide* inscribitur et deprehenditur in *Opp. Origenis* T. I. p. 803. sqq. (ed. *de La Rue*), in cuius sectionibus tertia, quarta et quinta *Marinus* Bardesianista cum *Adamantio* orthodoxo, *Megethio* Marcionita etc. disputans introducitur, *Eutropio*, philosopho gentili, lites dirimente. Quod si formam huius dialogi, qui neutiquam Origeni, cum Adamantio haud consentienti, tribui potest, spectaveris, malus erit dicendus; sin materiam, bonum dices esse ad γνῶσιν Marcionis et Marcionitarum, ad argumenta Orthodoxorum, quibus contra Gnosticos uterentur, cognoscenda, bonum quoque ad philosophemata *Bardesanistarum* discenda, neque vero certum testem eorum, quae ipse *Bardesanes* docuerit; nam a magistri sui placitis aliunde certo cognitis *Marinus* subinde discedit. Idem statuit τῶν Γνωστικῶν γνωριμώτατος *Neander* Berolinensis (l. c. p. 192. cll. 205. sqq.), contradicit cum omnibus fere, qui ante *Neanderum* gnosis Bardesanis attigerunt, *Ern. Ant. Lewaldus*, Vir Cl., qui nuperrime *de doctrina Gnostica* commentationem publicavit (Heidelber-

gae 1818. 8.)⁴⁾. Post synodum Nicaenam auctorem huius dialogi vixisse recte colligimus e verbis, quae p. 871 D. leguntur: (πιστις) ἕνα καὶ μόνον θεὸν ὑποδεικνύουσα ἐν ἀγία καὶ ὁμοουσίᾳ Τριάδι, et ὁμοούσιος γὰρ καὶ ἀχώριστος ἡ μακαρία τριάς et al. Saeculo 4. iam labente compactus esse videtur.

Epiphanius, Salaminae Cypri Episcopus († a. 403.) in libro adv. haereses (haer. 56.) κατὰ Βαρθησιανιστῶν disputat. v. Opp. edita a *Dion. Petavio*, quae iterum prodierunt Colon. 1682. Vol. I. p. 476—79.

Hieronymus († a. 417.) ea, quae in *Catalogo scriptorum Eccles.* c. 33. (ed. Ern. Sal. Cypriani p. 55.) legimus, sumsit ex Eusebii H. E. 4, 30. —; in libr. II. adv. Iovinian. 14. paucula excerpserit e Porphyrii l. c. de Abstinencia. Semel alibi eum tantum leviter tangit.

Aurel. Augustinus († post a. 429.) in *lib. de haeresibus* c. 35. (qui libellus *Lamberti Danaei* opera emendatus et commentariis illustratus prodit Genevae 1576. 8.) pauca habet de

4) „Cuius (Bardesanis), inquit p. 153., placita ex ore eius discipuli in dial. de recta f. introducti cognoscere licet“ additque in nota subiuncta: „Aliunde parum de iis constat. *Epiphanius* haer. 56. obiter tantum ea perstringit; et ex *Ephraemi Syri* sermonum polemicorum fragmentis et laciniis (?) vix aliquid certi ac veri effeceris.“

Bardesane et Bardesanistis. Ultima verba: „ad-
dens de suo, ut fato adscriberet conversationes
hominum“ in editione Benedict. tanquam spuria
damnata et reiecta sunt, ut videtur, praesertim
propterea quod ipsis verbis Bardesanis, quae apud
Eusebium leguntur, aliisque Patrum testimoniis
repugnare videantur. Quod si hoc praecipuum
est argumentum, quod Criticos ad ista verba re-
secanda permovit, inique profecto egerunt. Nam
affictos esse magistro discipulorum errores cum
aliis saepe acciderit, tum Bardesani hac in re ac-
cidisse, ex Dialogo de r. f. intelligi potest. In-
fra vero cum ipsam Bardesanis de fato astrolo-
gico et libero hominum arbitrio sententiam ex-
ponemus, videbimus, haec ipsa Augustini verba
non ita ab illa abhorrere. Similiter iam olim
censuit *Thomas Ittigius* in Append. ad Dis-
sert. de Haeret. n. LXXXVII. quem secutus est
Strunzius in *historia Bardesanis et Bardesani-
starum* (Viteberg. 1710.) p. 101. sq.

Sozomenus († post a. 446.) Hist. Eccl. I.
III. c. 16. (ed. Valesii Aug. Taurin. a. 1747.)
Bardesanem tangit modo, plura de Harmonio
eius filio narrat.

Theodoretus († a. 457.), cuius opera graece
in usum Graecorum Halae Magd. a. 1770. et sqq.
ab *Eugenio* Diac. Bulg. edita nactus sum, in
Haeret. Fab. Epitome I. I. c. 22. (Tom. IV. p.
157.) in *Epist.* 145. (τοῖς ἐν Κωνσταντίνου πό-
λει Μονάζουσιν scripta ibid. p. 613.) cll. *Prologo*

Dialogi, qui inscribitur *Eranistes* (ibid. p. 2.), itemque in *Histor. Eccl.* l. IV. c. 26. (p. 498. T. III.) de Bardesane et Harmonio tradit.

Joh. Damascenus († a. 760.) in Compendio de haeres. 56. (ed. Mich. Lequien Paris. 1712. T. I. p. 89.) totus ab Epiphanio pendeat; paucula enim, quae habet, leguntur iisdem verbis in Synopsi libro II. Epiphanii praemissa l. c. p. 397.

Gregorius Abulpharagius (diversus a *Barhebraeo* Syro, qui in Chronico suo obitum et scripta illius Abulpharagii Abdallah Ebn Attib refert cf. A. L. Lips. ad ann. 1723. et *Pfeiffer Auszug aus Assemani's Or. Bibl. Erlangen* 1776. p. 262. — *Pocockius* in praefat. ad Lector. p. 1. sq. utrumque confundit, quocum errat *Assemani* in B. Or. T. II. p. 244. sq.) in *Historia compendiosa Dynastiarum* (quae arabice edita et latine versa est ab *Eduardo Pocockio* Oxon. 1663. T. II. 4.) dyn. VII. p. 125. part. arab. et p. 79. lat. quaedam tradit de Bardesane nostro, qui ab eo appellatur *ابن ديسان Ebn Disan*.

Librum, cui *Praedestinitus* nomen est, adipisci non contigit ideoque ea, paucissima vero, fide accipere cogor, quae ex eo citat *Walchius* (*Ketzehistorie* 1. Th. p. 418. et 424.)

Si de *subsidiis* quaeras, quibus usus sim, grato animo *Neandrum* Virum S. V. nomino, cuius librum (qui prodiit Berolini 1818. 8.) iam supra

laudavi, e quo facile quisque cognoscet, hunc de-
 mum virum vidisse, quid sibi voluerint Gnostici.
 De Bardesane nostro agit p. 190. sqq. Usus est
 Ephraemo, cuius utilitatem in gnosi Bardesanis
 cognoscenda primus agnovit ita tamen, ut, pace
 eius dixerim, Petri Benedicti versioni nimium
 tribuisse et textum Syriacum parum curasse vi-
 deatur.

Olim *Fridericus Strunzius* singularem
 librum, doctrinae quidem testem sed verbosio-
 rem et multis erroribus plenum edidit: *Historia Bar-*
desanis et Bardesanistarum, Viteb. 1710. 4. et
Beausobre Histoire de Manichée et du Mani-
cheisme T. II. lib. IV. caput 9. inscripsit: *de*
Bardesanes et de ses Erreurs p. 128. sqq.

Horum virorum et *Lardneri*, *Cavii*, *Til-*
lemontii, *Moshemii* aliorumque, qui aliquam
 curam historiae et doctrinae Bardesanis impende-
 runt, meletemata, praecipuam partem, sua fecit
 beatus *Walch* in *Entwurf einer vollständigen Hi-*
storie der Ketzereien u. s. w. 1. Th. p. 407. sqq.

PARS PRIOR.

DE VITA ET ERVDITIONE BARDESANIS.

§. 1.

Bardesianus Edessenus saec. II.

Bardesianus ¹⁾ (𐤁𐤓𐤃𐤍𐤏𐤍 filius Daison), homo Syrus, nomen accepit a 𐤁𐤓𐤃𐤍, fluvio ad Edessam oriente urbisque muros alluente, quem Graeci, Syriacum nomen interpretati, *σάλτορον* (Saltatorem) vocarunt ²⁾. Hinc probabile est, quod Epiphanius et Theodoretus tradunt ³⁾, eum Edessae natum esse, licet plerumque in universum Syrus vel *Mesopotamius*, *Babylonius* quoque, dicatur.

1) A *Porphyrio*, *Eusebio* et *Cedreno* (in historia p. 126 sq. ed. Basil.) nominatur *Bardisanes*, quae pronuntiatio convenit arabicae *Ebn. Disan* apud *Abulpharagium*. *Epiphanius* eum vocat *Βαρδησάνης*. Sed vulgare nomen est *Βαρδησάνης*.

2) v. *Ephraem. hymn. 2.* p. 439. cll. *Assemani* *Bibl. Or. T. I.* p. 119.

3) *Epiph. l. c.* ἐκ Μεσοποταμίας μὲν τὸ γένος ἦν, τῶν κατὰ τὴν Ἐδεσσηῶν πόλιν κατοικούντων. — *Theod. Fab. Haer. ὁ Σύρος, ἐξ Ἐδέσσης ὁμοῦμενος.* *Abulpharagius l. c.* tradit, eum ad fluvium *Disan* supra (𐤁𐤓𐤃𐤍) urbem *Roham* (Edessam) natum esse.

De parentibus nihil constat. Laeta fuerunt vitae initia; adolevit enim eiusdem disciplinae particeps simul cum *Abgaro filio Maani* (Abgor Bar Mānu), Edessenorum postea Dynaste, viro, ut Epiphanius testatur, maxime pio (ὀβιοτάτω). Neque, ut fit, cum puerilis aetatis candida familiaritate frugit Abgari amicitia, sed pari amore coniuncti concorditer omnia gessisse dicuntur 4), ita, ut qui puer disciplinae particeps fuerat, vir consilio promptus imperii quoque partes nonnullas haberet 5). Iam quum e chronographicis Syrorum monumentis constet 6), *Abgarum* quendam, *Maani filium* annis 35 Edessae regnasse, nimirum ab anno Chr. 152 — 187., verisimillimum est, hunc ipsum fuisse Bardesanis aequalem atque amicum. Legimus quidem in Chronico Edesseno 7), Bardesanem die 11. mensis Julii (1052) anni Aerae Graecorum 465. h. e. (si e communi Edessenorum sententia, quam auctor Chronici sequitur, annos 309. aut, ut Assemanius mavult, 311 deduxeris) a. 156. s. 154. Aerae Chri-

4) *Epiph.* l. c. cl. *Asseman.* B. O. T. I. p. 423. (cl. p. 389.)

5) In aula splendide vixisse Bardesanem *Ephraemus*, severus Zelotes, indicare videtur hymn. l. p. 438. E. his verbis: ⲙⲁⲗⲟⲥ ⲛⲟⲩⲟⲩⲟⲩ ⲛⲟⲩⲟⲩⲟⲩ (Malus) „longis vestibus et beryllis ornavit Bardesanem.“

6) v. *Assem.* l. c. ubi e Dionysio Syro haec excerptis.

7) v. *Assem.* l. c. p. 389. VI.

stianorum natum esse. Neque vero hac in re plenam fidem mereri videtur Chronici auctor 8). Hoc enim primum pro certo statui potest, nullum alium reperiri Abgarum (licet huius nominis reguli et antea et post vixerint), quocum Bardesanes τῆς παιδείας μετασχὼν et postea familiariter vixisse narrari possit. Deinde unanimi fere Patrum consensu 9) inclaruit noster sub imperio M. Antonini Veri (M. Aurelii Antonini), philosophi et L. Antonini Veri, qui anno p. Chr. n. 161. Antonino Pio simul successerunt. Neque hoc magni momenti foret ad Chronographum Syrum erroris convincendum, nisi narrent iidem 10) Bardesanem Antonino Imperatori,

8) qui quum historiam usque ad annum 540 aerae Christianae produxerit, saeculo sexto haud dubie vixit.

9) v. Theodoret. Haer. F. „ἐν τοῖς Οὐήρου Μάρκου Καίσαρος (h. e. M. Antonini Veri) ἤμασε χρόνοις. — Euseb. H. E. narrat, Bardesanem sub imperio M. Aurelii (Antonini) et L. Veri Marcionitas aliosque haereticos impugnasse, eoque adhuc vivo mortuum esse Soterem Ep. Rom. (qui docente Pearsono — de annis priorum Rom. Episcop. c. 22. p. 315. — a. 170. mortuus est), cf. *Chronicon Eusebii* D. Hieronymo interprete (ed. Arnaldus Pontacus Burdigalae 1604.), ubi p. 171. anno 12. imperii M. Antonini Veri (aerae Chr. 174.) Tatianus et Bardesanes innotuisse dicuntur. Similiter alii.

10) Euseb. H. E. l. c. ὁ πρὸς Ἀντωνῖνον ἰκανώτατος αὐτοῦ περὶ εἰμαρμένης διάλογος. — Hieron. in Catal., qui exscripsit Eusebium, perperam dixit: „quem

in Syria commoranti, librum de Fato (*περὶ εἰ-
μαρμένῃς*) tradidisse atque cum Apollonio philo-
sopho, Imperatoris comite, disputasse et cum le-
gatis Indorum, qui sacerdote quodam duce ad
Imperatorem devenerant, colloquia instituisse.
Qui Antoninus Imperator quum nullus alius ac
Luc. Antoninus Verus esse possit, qui a. Chr.
165. ad bellum contra Parthos gerendum in
Orientem profectus Edessam quoque venit ¹¹⁾;
sponte apparet error chronographi Syri. Quis
enim de puero 11. annorum talia unquam au-
diit, nisi nostrae memoriae exempla quaedam huc
trahere velis. Sequitur ergo, Bardesanem pluri-
bus annis ante annum 154. natum esse ¹²⁾. Uti

Marco Antonino tradidit.“ Nam M. Antoninus
philosophus in Syria fuisse non traditur, sed *L. An-
toninus Verus*, qui simul cum eo imperavit, nisi
coniicere velis, Bardesanem dialogum suum Apollonio
Chalcedonensi, quocum disputaverat, Antonino philoso-
pho tradendum dedisse. *Cedrenus* quoque tantum
habet *Ἀντωνίνου*; v. *Annal.* sub Antonino Pio p. 205.
— *cll. Epiphani.* l. c. et *Porphyr.* de Styge et
Abstinentia ll. cc.

11) vid. *Pagi Crit. Baron.* a. 166. No. III. et *Histori-
cos Rom.* — M. Antoninus non ultra Ephesum in eam
orbis partem progressus esse traditur, sed bella Germa-
nica et Marcomanica in Septentrione gessit. Anno 166.
ambo Romae triumpharunt.

12) Suadent hoc etiam verba *Cedreni* l. c. ὡς φησι δὲ
Κλήμης, ὅτι ἐπὶ αὐτοῦ (sub Antonino Pio) — ἐγρω-
ρίζοντα καὶ Τατιαρὸς καὶ Βαρδισάνης.

vero annus natalis nos latet, ita quoque de mortis tempore nihil certi constitui potest. Narrat quidem Epiphanius, Abgaro suo superstitem Bardesanem ad *Antonini non Pii sed Veri* tempora vitam extendisse, neque vero haec aetatis descriptio conciliari potest cum testimonio Dionysii Syri supra allegato ¹³⁾, quod Abgari aevum ad annum 187. prorogat, quum contra M. Antoninus Verus annum 179. vix superaverit. Quae quum ita sint, beneyole accipiamus *Abulpharagium* ¹⁴⁾, qui nobis succurrit et Dionysii testimonium confirmat tradens, *Ebn Disanem* imperante *Commodo*, M. Antonini filio, qui strangulatus interierit, vixisse. — Quae si recte sunt disputata, Bardesanes annos suos usque ad ultimum seculi secundi decennium produxit ¹⁵⁾.

13) v. *Asseman.* B. Or. T. I. p. 423.

14) v. *Dyn.* 7. p. 78. sq. Caeteroquin ei in consignandis temporibus accurrationis laus est deroganda. Errat etiam h. l. eo, quod tradit, tum demum *prodiisse* Bardesanem: رجل يسمى „prodiit quidam“ Ebn Disān.

15) *Ephraemus* non accurate indicavit aetatem Bardesanis; hoc tantum in hymno 22. p. 488. A. dicit, eum ante *Manetem* vixisse et post *Marcionem* prodixisse, quem سبين الاولى, *spinam primam* vocat.

— Videmus iam, *Porphyrium* de *Abst.* recte designare potuisse tempora Bardesanis verbis: ἀνὴρ — ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν γεγονώς, quippe qui avis eius aequalis fuerit. — Conferri possunt de tota hac quaestione chronologica *Bellesobrius* l. c. et *Walch*

§. 2.

*Vir generosae indolis et in Evangelio profi-
tendo fidelis.*

Si verum est, pares cum paribus facillime congregari, bonam de indole moribusque Bardesanis opinionem inde concipere licet, quod sibi constitit Abgari, viri probissimi, erga eum amicitia, et quod magna apud regulum fides et auctoritas huius viri fuit ¹⁾. Narrat ipsé Syrus noster ²⁾, in Syria quondam et Osroëne ³⁾ multos in Rheae

l. c. qui vero incautius e fontibus hausit nomina et numeros addens et mutans. Uterque erraverunt, quod falsa Theodoreti Fab. Haer. l. c. lectione (pro *Ουήρου* — *Σενήρου*, ubi tamen *Μαρκου* tolli nequit) seducti vitam Bardesanis in imperium Septimii Severi extraxerunt, qui a. 193. s. 194. occisis Pertinace et Didio Iuliano gubernacula subiit. Falsam esse lectionem inde quoque apparet, quod Theodoretus, vir diligentissimus, contra omnis historiae auctoritatem scribere non potuit, tum temporis Bardesanem *floruisse* (*ἤκμασε*). — Gravissime vero erraverunt Copti, dum in Synaxario, ad diem 15. Abib, Bardesanem Ephraemo coevum fecerunt: „Eo (Ephraemo) vivente emersit Bardesanes, vir haereticus et impius, quocum Pater congressus eum vicit.“ vid. Assemani B. O. T. I. p. 47. Not. 2.

- 1) *Eriphan.* l. c. „Abgari familiaritate coniunctus fuit καὶ συμπράττων τε ἕμα κ. τ. λ.
- 2) In dialogi fragmento, quod servavit Eusebius Pr. Ev. l. c. p. 279. D.
- 3) Ita ipsa Bardesanis patria vocatur cll. Sozomen. H. E. l. c. p. 110. οὐκ ἀγνοῶ δὲ, ὡς καὶ (praeter Ephrae-

(Cybeles) honorem evirari moris fuisse, verum quum iusserit Abgarus rex, ut, quibus verenda abscissa essent, iis etiam manus abscinderentur, omnes deinceps in tota Osroëne ab ista foeditate abstinuisse. Sunt qui nostrum illius legis ferendae Abgaro suasorem fuisse, modeste vero narrantem de se tacuisse, benevole suspicentur. Quod vero si certis testimoniis destituitur, hoc tamen cuivis Patres legenti occurrit, omnes fere ei bene velle atque sibi in eo damnando moderari ⁴⁾, nec dubituros fuisse, quin sinceram eius in Deum hominesque pietatem laudarent, nisi gnosticos errores fovisset et commendasset. Nihilominus merita eius agnoverunt et nonnulla memoriae prodiderunt. Epiphanius, gravis ille et acerbus nonnunquam haereticorum censor, principio optimum eum virum fuisse dicit ⁵⁾, nec paucos eosque sa-

mun) πάλαι ἔλλογιμώτατοι τοῦτον τὸν τρόπον παρὰ Ὀσροηνοῖς ἐγένοντο, Βαρδησιάνης τε — — καὶ Ἀρμόμιος ὁ Βαρδησιάνου παῖς. vide mappam geogr. *D'Anvilli*.

4) Ephraemus non solum clementius eum, quam Marcionem et Manetem tractat, sed saepius quoque suos adorandum pro Bardesane provocat v. c. hymn. 55. p. 557. et 558. et optima sperat de Marino et Bardesanistis Auctor Dialogi sub fin. p. 872.

5) l. c. ὅς τὰ μὲν πρῶτα ἄριστος τις ἀνὴρ ἐτύχωνε λόγους δὲ οὐκ ὀλίγους συνεγράψατο, ὀπηρῖκα ἐξῆρωμένην εἶχε τὴν διάνοιαν· ἐκ γὰρ τῆς ἀγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ὤρματο. — Paulo post, commemoratis eius contra

lutaes libros, quum integra adhuc mente fuerit, conscripsisse e sancta quippe Dei ecclesia progressum. Cuius tuendae et purgandae ardens eius studium uno ore a Patribus praedicatur. Nam omnes fere haereticos impugnavit, qui aetate eius pullulaverunt, inprimis Marcionis et Marcionitarum sacrilega scripturas sacras delendi et castrandi conamina reprimere annis est ⁶⁾, atque ut fratribus pressis succurreret, multa alia tempore persecutionis, qua M. Aurelio et L. Vero imperantibus nostri affligebantur, scripsisse fertur ⁷⁾. Neque propterea solum pietatis laudes meruit. Comitatus est L. Antoninum Verum, ut supra (§. 1.) iam commemoravimus, Apollonius quidam philosophus ⁸⁾, Imperatori familiaris (ἑταῖ-

Abidam Astronomum disputationibus addit: καὶ ἄλλα δὲ κατὰ εὐσεβῆ πίστιν (verae fidei consentanea) ἐμφέρεται αὐτοῦ συγγράμματα.

- 6) v. Euseb. H. E. I. c. πληθυσσοῦσων τῶν αἵρέσεων ἐπὶ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν, Βαρδησάνης ἱκανώτατος τις ἀνὴρ, ἐν τε τῇ Σύρων φωνῇ διαλεκτικώτατος πρὸς τοὺς κατὰ Μαρκίωνα καὶ τινὰς ἑτέρους διαφόρων προϋσταμένους δογμάτων, διαλόγους συστησάμενος, τῇ οἰκίᾳ παρέδωκε γλώττῃ τε καὶ γραφῇ κ. τ. λ. cl. Hieron. Catal. I. c. Epiph. I. c. Theodoret. H. Fab. I. c. Augustin. I. c. „qui in doctrina Christi prius perhibetur exstitisse insignis.“
- 7) v. Euseb. H. E. I. c. ὅσα τε ἄλλα φασὶν αὐτὸν προσέσει τοῦ τότε διαγωμοῦ συγγράφαι. cl. Hieron. Catal.
- 8) Chalcidensis profecto, philosophus Stoicus, de quo Eusebius in Chronico, qui idem fuisse videtur, quem Chal-



ρος), qui Bardesanis, ut videtur, honore et gloria allectus, sermonibus invicem commissis, talem virum Christianorum coetui invidit, utque Christianum se esse negaret instigavit. Horruit noster non periculum a potentissimo Imperatore, suasoris amico, imminens, sed perfidiam numenque divinum et constanter philosopho contradixit. „Propemodum, inquit Epiphanius, inter fidei Confessores referri meruit (ὁ δὲ σχεδὸν ἐν τάξει ὁμολογίας κατέστη). Etenim pietatis (εὐσεβείας, verae religionis) patrocinio fortissime suscepto sapienter respondit negavitque, mortem se timere, cuius, etsi Imperatori non resisteret, sibi nihilominus necessitas immineret *). Ita Vir ille, addit idem Epiphanius, praeclarissimis ornamentis praeditus (τὰ πάντα μεγάλως κεκοσμημένος) hactenus fuit, donec infelici fato suum illum in errorem incidit (ἕως ὅτε τῷ ἀστοχίματι τῆς ἑαυτοῦ αἰρέσεως περιέπεσε), pulcherrimae instar navis beneque onustae, quae ad portus ripas illisa, non modo totum mercimonium per-

cedonium dicit Eutropius et M. Antonium ad philosophiam instituisse narrat l. VIII. c. 6.

*) Recte monet *Strunzius* (l. c. p. 41.) hanc respon-
sionem verum Gnosticum decuisse, de quo Clemens Al.
Strom. l. VII. haec dicit: ἀκολούθως ἄρα, κἂν ὅσος
ἐπιή, καὶ ἡ τῶν περιστατικῶν τῆ γνωστικῆ, καὶ δὴ
μάλιστα ὁ φοβερώτατος θάνατος, ἄτροπος μένει κατὰ
τὴν ψυχὴν, πάντα εἰδὼς τὰ τοιαῦτα κτίσεως ἀνάγκην
εἶναι.

dit, sed aliis quoque, qui eam conscenderant (ἐτέροις τοῖς ἐπιβάταις), exitium adfert“ 9).

§. 3.

Ingenio doctrinaque clarus.

Huic viro haud vulgares contigisse animi vires iam ex iis apparet, quae hucusque narrata sunt. Erat in eo ingenii acumen ¹⁾, vigor et ubertas, discendi cupidini par docilitas, tantaque sermonibus eius vis et gratia, ut et vulgi rudioris et cultiorum pectora traheret ²⁾. Quum vero Bardesanes orationis formam et argumentum pro tempore et loco mutasset et alia verba ad initiatos ³⁾ in privatis conventibus fecisset, alia

9) Epiphanius I. c. Paulo post eum vocat talem, qui velut ex ignea splendentique face in fuliginem conversus sit (ὡς ἀπὸ λαμπάδος πυρὸς φωτεινῆς εἰς ἀσβόλην μεταβεβλημένος).

1) Unde Ephraemus *Paulinum* quendam (qui est *Paulonas*, de quo Sozomenus I. c.) Presbyterum, discipulum suum, hominem acris valde ingenii et doctum, sed doctrinae novandae studiosum, frequenter *Bardesanem novellum* vocasse fertur. v. *Gennadium de Viris illustribus* (qui liber reperitur in Fabricii *Bibl. Eccles.*) cap. 3.

2) cf. Hieron. *Comm. in Hos. c. 10.* „Bardesanes, cuius et philosophi admirantur ingenium.“

3) discipulos interioris admissionis, quos ^{ἐκλεκτοὺς} *Electos* vocasse videntur, siquid ex hymn. 19. p. 478. B. conuicere licet.



publice ad populum eaque Catholicorum doctrinae consona; Ephraemus eum iure suo perfidiae graviter accusat 4). „Sermo Bardesanis,“ inquit, „palam pudicus est; in abscondito insanit arcanis blasphemiiis, feminae instar in secessu *) moechantis.“ Hinc vafrum et subdolum (ܘܒܪܘܚܝܢ) vocat, qui gregem ex ecclesia abduxerit 5). His tamen ipsis verbis confitetur, Gnosticum dicendo admodum valuisse 6). In philosophia eum posuisse operam et excelluisse, dialectica praesertim arte, cum supra vidimus, tum plures diserte testantur 7). Eusebius laudat chaldaicae doctri-

4) in hymno 1. p. 438. E.

*) ܘܒܪܘܚܝܢ vox in N. T. aliquoties obvia = *conclave, thalamus*, haud dubie derivanda a ܘܒܪܘܚܝܢ, seorsim *secessit*, hinc *mixit* etc. Ethpe. *subduxit, abstulit*. Eiusdem originis est ܘܒܪܘܚܝܢ, podex = pars corporis tecta, oculis subducta.

5) hymn. 22. p. 485. C. hymn. 52. p. 551. C. ell. hymn. 1. p. 438, ubi Diabolus dicitur Bardesanem armasse ܘܒܪܘܚܝܢ, *fallacia*.

6) In vitis facundiam eius ponit etiam *Honorius Augustinensis* Presbyter de Scriptoribus Eccles. T. XII. Bibl. Patr. p. 1000. „Hic nimis eloquens fuit et novam haeresin condidit.“

7) v. c. *Euseb.* H. E. l. c. Βαρδ. ἰκανώτατος τις ἀνήρ, ἐν τε τῇ Σύρον φωνῇ διαλεκτικώτατος. — *Hieron.* Catal. „Ardens eius a Syris praedicatur ingenium et in

nae perfectissimam eius cognitionem ⁸⁾) et cum Ephraemo ⁹⁾) solertiam et acumen praedicat, quo Chaldaeorum et *Χαλδαϊζόντων* fatum astrale refutaverit, quam refutationem quanti fecerint, eo maxime significarunt, quod ipsi argumenta eius sua fecerunt.

Videtur tamen vir doctissimus, qui Graecorum quidem philosophiam noverat ¹⁰⁾), quippe quae cum Graecis, qui Orientem pervaserant, in Syriam quoque transierat, horum linguae non admodum peritus fuisse. Epiphanio enim, a quo quidem vocatur *λόγιος ἐν ταῖς δυοῖ γλώσσαις, Ἑλληνικῇ δὲ διαλέκτῳ καὶ τῇ τῶν Σύρων φωνῇ*, reliqui omnes, qui de Bardesane aliquid scriptum

disputatione vehemens.“ — *Joh. Damasc.* „ἐν φιλοσοφίᾳ διαπρέπων.“ cll. *Epiphani.*

8) *Praepar. evang.* l. c. c. 9. — Ipsos nimirum Chaldaeorum libros de astris eorumque in mundum fatali dominio legerat, quod *Ephraem.* hymn. 1. p. 439. E. his vv. docet. „Subversum est subito claustrum Bardesanis; in eo quippe non legebat ille Prophetas, veritatis alumnos, sed *libros de signis Zodiaci* (ܐܘܪܝܕܐܝܢܐ ܕܝܘܕܝܐ) assidue in eo legebat.“

9) hymn. 6. p. 452. E. ܐܘܪܝܕܐܝܢܐ ܕܝܘܕܝܐ

ܐܘܪܝܕܐܝܢܐ ܕܝܘܕܝܐ

„acutus Bardesanes, qui refutavit fatum istud,“ de quo antea et post disputat.

10) cf. *Ephraemi* hymn. 3. p. 444. A. et hymn. 14. p. 468. D.



reliquerunt, contradicere videntur, quem quippe narrant libros suos syriace scripsisse, quos numerosi discipuli (γνώριμοι) in graecum sermonem transtulerint, Harmonium vero, filium eius, addunt, Athenis graece edoctum fuisse ¹¹⁾. Neque vero credibile est ob librorum eius tam formam quam argumentum, Bardesanem omni Graecorum lectione abstinuisse.

Multorum *librorum*, quos reliquisse fertur, fragmenta tantum et tituli durando secula vixerunt, quorum subinde iam fecimus mentionem. Sunt vero hi:

1) *Ἰπομνήματα Indicā*, quae Bardesanes ex ore legatorum accepit, qui ex India ad L. Antoninum Verum venerant ¹²⁾. Communem hunc

11) v. *Euseb.* H. E. I. c. *Hieron.* Catal. praesertim *Theodoret.* Haer. F. I. c. et *Sozomen.*

12) Nullibi enim narratur, quod *Walchius* e *Porphyr.* de Abst. I. c. fabulatur, Bardesanem in Indiam profectum esse. Dicitur ibi ἐντυγχῶν (conversatus, collocutus) τοῖς περὶ Δαμάδαμιν (cum Damadami i. q. Dandami i. e. Brachmanum magistro; vid. *Rhoer* ad I. c.) πεπευμένοις Ἰνδοῖς πρὸς τὸν Καίσαρα ea conscripsisse, quae *Porphyrus* excerpta servavit. Quae prorsus respondent verbis, quibus *idem* de Styge narrationem Bardesanis allegat: Ἰνδοὶ (recte *Heeren*, male *Schott.* ἰδοῦ, quod sensum non admittit) οἱ ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Ἀντωνίου, τοῦ ἐξ Ἐμισῶν εἰς τὴν Συρίαν ἀφικόμενοι, Βαρδισάνη, τῇ ἐν Μεσοποταμίας, εἰς λόγους ἀφικόμενοι ἐξηγήσαντο, ὡς ὁ Βαρδισάνης ἀνέγραψεν κ. τ. λ.



titulum tribuere velim utrique fragmento, quae *Porphyrius* servavit; nam, uti citandi formulae docent, ex uno eodemque libro deprompta sunt. In eo, quod continetur in lib. de Abstinencia, de Gymnosophistis, Indorum sapientibus, scribit, quorum duo genera esse narrat, alios *Brachmanes* (anachoretis Christianorum comparandos), alios *Samanaeos* (quos monachos dixeris). Alterius vero fragmenti argumentum supra (p. 1. not. 1.) iam attigimus et infra (Part. 2.) ad illud recurremus.

2) *Libri polemici et quidem*

a) *Dialogi de fato*, quorum plures existisse videntur. Ex iis, qui ab *Eusebio* Pr. Ev. vocantur *οἱ πρὸς τοὺς ἐταίρους διάλογοι*, in quibus *ὁ περὶ εἰμαρμένης ἐλέγχεται λόγος* *), egregium fragmentum, quo Astrologiae Chaldaicae et populorum cuiusvis fere plagae morum peritissimum se fuisse ostendit, servatum est, cuius argumentum infra (P. 2. §. 6.) summatim dabimus. Loquitur in eo Bardesanes, more dialogorum Graecorum, cum amicis quibusdam, nominatim cum Philippo quodam ¹³⁾. Ab eodem Patre in *H. E.* commemoratur *ὁ πρὸς Ἀντωνῖνον ἱκα-*

*) cll. *Theodoret.* Haer. F. „*λόγοι κατὰ εἰμαρμένης γραφέντες* —, qui nihil de Antonino dicit, cui dedicati fuerint.

¹³⁾ Praep. Ev. I. c. p. 278. C. D.



νότατος αὐτοῦ περὶ εἰμαρμένης διάλογος ¹⁴⁾), quem, nisi diversus fuit ab illis dialogis, non video, cur aliter appellaverit. *Abidam* quendam *Astronomum* nominant, cui dialogos suos *Barde- sanem* opposuisse referunt ¹⁵⁾.

b) *Contra haereticos* suae aetatis pene omnes scripsit, inprimis *contra Marcionem* ¹⁶⁾; sed tempus omnia absumsit.

3) *Apologias* quoque tempore persecutionis edidit, testibus *Eusebio* et *Hieronymo* (v. supra §. 2. not. 7.)

Praeterea alios non paucos libros se vidisse affirmat *Theodoretus* ¹⁷⁾.

14) ell. *Hieron.* in *Catal.* „clarissimus ille et fortissimus liber, quem M. Antonino de fato tradidit.“ De errore *Hieronymi* vid. §. 1. not. 10.

15) v. *Eriphan.* l. c. „ὅς πολλά πρὸς Ἀβειδᾶν τὸν Ἀστρονόμον κατὰ εἰμαρμένης λέγων συνελογήσατο.“

16) v. *Euseb.* H. E. πρὸς τοὺς κατὰ *Μαρκίωνα* καὶ τινὰς ἑτέρους διαφόρων προϋσταμένους δογμάτων, διὰ λόγους συστησάμενος. ell. *Theodoret.* H. F. λόγοι πρὸς τὴν *Μαρκίωνος* αἵρεσιν. Adde *Nicephor.* Lib. IV. c. 11. *Hist. Eccl.* „Praeterea haereticis refellendis exercitatissimus adversus *Marcionem* et alios quinque variantium dogmatum auctores, strenue cum iis congressus, *Dialogos* et insuper alia plurima scripta sermone suo vernaculo edidit, quae, quod fortiter fidei verbum propugnarent, plures eius auditores in Graecam translulere linguam.“ — *Dialogorum* formam amasse videtur.

17) *Haer. Fab.* „ἐντετύγηκα — καὶ ἄλλοις οὐκ ὀλίγοις,“ assentientibus *Eusebio* H. E. et *Eriphanio.* —

Quibus libris scribendis etsi magnam et ingenii et eruditionis laudem sibi comparavit, maximam tamen gloriam inter Syros nactus est *hymnis* suis, de quibus nunc agendum erit.

§. 4.

Primus Syrorum hymnologus, eiusque metrum.

Gnosis ipsa est poësis. Mirum itaque esse non potest, inter auctores eius et cultores extitisse quoque veros poëtas. De *Valentini psalmis* Tertullianus tradit ¹⁾ et *Marcus* illius sectator, coevus Bardesani, gnosis suam explicuit in carmine, ubi Aeones loquentes introduxit ²⁾.

Ephraemus in hymno quodam, qui legitur in Actis S. Ephraemi l. c. p. L. praeter *carmina* eius nominat

ⲓⲛⲟⲩⲟⲩ = *lectiones*.

- 1) *de carne Christi* cap. 20. „Sed remisso Alexandro cum suis syllogismis, quos in argumentationibus torquet, etiam cum *psalmis Valentini*, quos magna impudentia quasi idonei alicuius auctoris, interserit, ad unam iam lineam congressionem dirigamus etc.“
- 2) v. *Neander gnostische System*. p. 169. — Alios quoque tradunt haereticos cantica fecisse, quibus dogmata sua commendarent animisque insinuarent. Ita v. c. *Philostorgius* H. E. (ed. Henr. Vales. Aug. Taurin. 1748.) l. II. c. 2. p. 433. refert, „*Arium cantica nautica, molendinaria* (ἐπιμύθια h. e. in pistrinis inter molendum cantari solita) et *viatoria* eiusque modi alia composuisse, quae certis modulationibus unicuique cantico consonis aptaverit, atque ita imperitorum ani-

eius varie appellari, partim communi nomine
 (ܩܘܪܝܢܐ 5), partim speciatim (ܩܘܪܝܢܐ, psalmos, quo-
 rum totidem fuerint ac Davidis. Vocantur quoque
 (ܩܘܪܝܢܐ 6), nolim tamen contendere, *Madroschin*
 et *Schirin* diversos fuisse a psalmis 150, qui
 etiam simpliciter ܩܘܪܝܢܐ et ܩܘܪܝܢܐ vocantur in Actis
 S. Ephraemi. Horum certe Auctor psalmos tan-
 tum commemorat haec narrans 7): „Vidit Ephrae-
 mus, invaluisse haeresin Bardesanis modis
 (ܩܘܪܝܢܐ) mollibus (ܩܘܪܝܢܐ, luxuriosis *) et
 variis, quibus adstrinxerat et attemperaverat vo-
 ces et cantica cuncta, quibusque venenum lethi-
 ferum impudens iste Bardesanes in eos transfu-
 dit, qui cantica eius discebant. Ingressi sunt ad
 eum coetus puerorum, quos ille docuit ad ci-
 tharam et varios canticorum modos canere

5) cl. hymn. 55. p. 557. F.

6) ut legimus in calce hymni 65. *adv. Scrutatores* T. III. p. 128. A.

7) p. LI.

*) *Ephraemus* quoque in hymn. 55. p. 557. F. ad *Madrosche* eius provocans vocat eum:

ܩܘܪܝܢܐ ܩܘܪܝܢܐ ܩܘܪܝܢܐ
 ܩܘܪܝܢܐ ܩܘܪܝܢܐ ܩܘܪܝܢܐ

h. e. „fascinantem blanditiis suis et lascivum concen-
 titibus.“ — ܩܘܪܝܢܐ, *blanditiae* a ܩܘܪܝܢܐ Pa. *blanditus est* v.
 c. mater infantibus T. III. p. 220. B. cl. 286. A. —



(^אוֹשֵׁי ^הדְּבָרַי ^ולֹא ^אבִּינִיתִי) **. Imitatus est hic perniciosus Bardesanes Davidem regem et composuit 150 *cantica variorum modorum* (^כוֹסְפֵי ^למִן ^הכָּבֹד ^והַקְּדוֹשׁ ^והַקְּדוֹשׁ ^והַקְּדוֹשׁ) et pellexit (^לדֵּלֶת) mentes multorum.“ Testes quoque sunt *Sozomenus* et *Theodoretus*, licet erraverint de primo auctore, hymnos Bardesaniticos et verborum elegancia (^{τῷ} ^{κα}λλεῖ ^{τῶν} ^ὀνομάτων) et modorum suavitate (^{τῷ} ^ῥυθμῷ ^{τῆς} ^{με}λωδίας s. ^{τῆ} ^{τοῦ} ^{μέ}λους ^ἡδονῆ) pectora Syrorum demulsa traxisse. Dolendum est, fragmenta tantum paucissima eaque minima ab Ephraemo servata esse, ut ipsi experti iudicare nequeamus, quid illud fuerit, quo animos cunctorum flexerit. Si Ephraemo fidem habemus, cuius sententia fragmentis infra (Part. 2.) communicandis, quae hymnis suis interseruit, confirmatur, praeter melicos modos et verborum suavem numerum, blandarum imaginum luxurie et mysticae *γνώσεως* magica vi puerorum inprimis iuvenumque faciles animos fascinavit.

De Syrorum modulationibus cantuum atque tonorum mira, quae praedicatur, variatione, qua hymni uni quoque eidemque metro adstricti pro

**) Idem confirmat *Ephraemus* in hymn. 1. p. 439. D. „In specibus Bardesanis canticorum modulamina (sonant). Quia vidit, iuventutem delectari dulcedine, concentu psalmorum suorum (^συμψάλειν ^τὸν ^πσάλμον ^του ^δαυτοῦ) illexit pueritiam“.

argumenti diversitate decurrisse videntur, nihil dicere habeo, quum *Stephani*, Syrorum Maronitarum patriarchae, opusculum *de Tonis Syrorum* Romae lateat. Ea tantum reddo, quae *Petro Benedicto* debeo. „Quum Graeci,“ ait 8), „sacram hymnodiam tandem aliquando ad octo Tonos redegerint, et intra hos limites hodieque se contineant, Syri per tonos 275 vagantur, quos libri Ecclesiastici sparsim exhibent, dum proprios inscribunt singulorum Hymnorum frontibus: nec vero aliam agnovisse Syros canendi regulam probant nostri Codices, in quibus leguntur sub initium singularum cantionum Hirmi, ut Graeci vocant, a quibus tropariorum s. stropharum in ea Ode canendarum consequentia et series ducenda est.“ Musices peritis hac quaestione relicta ad

A) *Metrum Bardesanis*

investigandum properamus, *sacram* simul *Syrorum hymnodiam*, quantum iam poterimus, illustraturi.

Opera S. Ephraemi perlustrans incidi in hymnum 65. *adversus Scrutatores* 9), cuius calci haec verba addita legimus:

ܩܠܡܗ ܩܠܡܗ ܩܠܡܗ ܩܠܡܗ ܩܠܡܗ ܩܠܡܗ
 ܩܠܡܗ ܩܠܡܗ ܩܠܡܗ ܩܠܡܗ ܩܠܡܗ ܩܠܡܗ
 ܩܠܡܗ ܩܠܡܗ

8) in *Praefatione ad Lectorem* T. II. Opp. S. Ephraemi praemissa p. XXVI.

9) T. III. p. 128.



h. e. „finiti sunt septendecim hymni ad modos Canticorum Bardesanis.“

Reperta est haec *rubrica cantus* s. modorum significatio in ipsis codicibus Nitriensibus manuscriptis, quos editores summa fide descripserunt ¹⁰⁾. Quis vero primus adscripserit, utrum alius, an ipse Ephraemus, quem a Bardesane quoque ¹¹⁾ metra didicisse et mutuatum esse tum ex ipsius narratione supra exhibita, tum ex Biographia ¹²⁾ apparet, id non magnopere nos per-

10) Testatur *Assemanius* Bibl. Or. T. I. p. 61. „Longe ante hos Auctores,“ loquitur de Ephraemo, Narsete aliisque Syrorum poetis, „iam Syri carminibus huiusmodi utebantur, ut Bardesanes et Harmonius. Id enim indicant Toni s. Rubricae cantuum, ad quos Cantica Ephraemica et alia referuntur, tanquam ad rem priorem et magis notam.“

11) *Sozomenus* et *Theodoretus*, qui, ut iam videmus, in H. E. laudem patri quoque debitam soli filio inique tribuunt, a solo Harmonio Ephraemum metra mutuatum esse tradunt.

12) v. *Acta S. Ephraemi* p. LII. „Armavit se athleta Christi et bellum indixit turbae adversariorum (سُودِي), praecipue improbitati Bardesanis eiusque assecularum. Et quum videret pius Ephraemus, omnes homines cantu capi, insurrexit vir beatus contra lusus et choreas puerorum et collegit *virgines foederis* (quae virginitatem Deo voverant) easque docuit hymnos et scalas (سُودِي) et cantica, composuitque hymnos verbis sensus sublimis et sapientiae spiritualis de Na-



turbare potest. Certum est, Syros modos, ad quos hymni canendi essent, in frontibus significasse, uti apud nos quoque fit, ideoque ex 17 illis hymnis Ephraemi, Canticorum Bardesanis rationem ex parte cognosci posse.

Quod si illam notationem stricte secuti carmina 49—65 inspexerimus, ad unum omnia una metri lege decurrere, externam tantum stropharum formam paululum subinde variari videmus.

Metrum est *pentasyllabum*; syllabarum enim numero poësis Syriaca (uti et Hebraica) versum metitur, neque quantitatis, sed accentus rationem habet. Duodecim vero versibus pentasyllabis illorum carminum strophæ quævis constare solet. Ut clarius cognoscatur, quæ fuerit eiusmodi cantici ratio, hymni 49., qui laudes Noachi prædicat, primam stropham damus, cui *observationes metricas et prosodicas*, tam ad hym-

tivitate, Baptismo et Ieiunio totaque dispensatione (ܠܘܨܝܘܬܝܘܬܝܘܢ s. opere salutari) Christi, Passione, Resurrectione et Ascensione; etiam de Martyribus, de Poenitentia et Defunctis idem composuit cantica. Quotidie convenerunt virgines foederis in ecclesia, solennibus Domini festis et singulis diebus dominicis et in solennitatibus Martyrum. Ille vero, velut Pater, inter eas erat Citharoedus et spiritus docebatque modos musicos et modulandi carminis leges, donec ad eum conveniret tota urbs et confunderetur et dissiparetur turba adversariorum.

nos Bardesanis quam ad poësin Syrorum univer-
sam pertinentes, subiungemus ¹³⁾.

O! quam illustris est Noach, .אֲנֹכַח הַיָּמִין אֵל
Qui vicit pondere .אֲנֹכַח הַיָּמִין אֵל

Omnes filios aetatis suae! .אֲנֹכַח הַיָּמִין אֵל
Caruerunt libramento, .אֲנֹכַח הַיָּמִין אֵל

Qui ponderati sunt iuste; .אֲנֹכַח הַיָּמִין אֵל
Descendit in libra anima una .אֲנֹכַח הַיָּמִין אֵל

Castitatis armatura. .אֲנֹכַח הַיָּמִין אֵל
Mersi sunt undis .אֲנֹכַח הַיָּמִין אֵל

Qui caruerunt pondere; .אֲנֹכַח הַיָּמִין אֵל
Adscendit in arca .אֲנֹכַח הַיָּמִין אֵל

Castus et gravis. .אֲנֹכַח הַיָּמִין אֵל
Gloria ei, qui hunc elegit! .אֲנֹכַח הַיָּמִין אֵל

Observationes.

1) Cuiusvis strophae undecim versus haud
dubie aut a choro vel puerorum vel virginum,
quod loci supra dati probabile reddunt, aut, quod
argumentum nonnullorum suadere videtur, non-
nunquam ab uno praecentore cantati sunt. Duo-
decimus vero versus est ἔφθυμνος (s. διάψαλμα
vel ὑπόψαλμα vocatus) doxologiam continens,
qui simul vel a toto coetu, vel forsitan, quando
unus praecinuerat, a pleno choro semel, vel bis

13) Legitur Tom. III. p. 89.



terve canebatur ¹⁴⁾). Hoc saltem inde conicio, quod *ὑπόψαλμα* (doxologicum plerumque) interdum duobus aut tribus versibus constat, v. c. in hymn. 50. p. 91. D. et E., ubi, quum chorus incomprehensam Filii generationem aeternam, ideoque Patrem silentio venerandum esse, cecinisset, coetus, tam salutaris mysterii tacitam venerationem non ferens, suas praedicationes admiscet:

Laus ei, qui misit eum! ⲉⲓⲟⲩ ⲛⲉⲛⲉⲛⲟⲩⲛⲟⲩ

Benedictus sit adventus eius! ⲛⲉⲛⲉⲛⲟⲩⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲉⲛⲟⲩⲛⲟⲩ

Quod vero in eiusdem hymni stropa sequente F. doxologiae ⲛⲉⲛⲉⲛⲟⲩⲛⲟⲩ ⲛⲉⲛⲉⲛⲟⲩⲛⲟⲩ, laudes gratiae eius! additum est ⲛⲉⲛⲉⲛⲟⲩⲛⲟⲩ (*trini, trinunius Dei*) vim musicam habere et indicare videtur, hunc *ἔμφυτον* ter a coetu Christiano in laudem trium personarum esse canendum. Quod factum esse, etsi non semper in Trinitatis honorem, ex Ca-

14) Hic fortasse fuit mos hymnos antiphonatim canendi, qui ex Oriente ab Ambrosio in ecclesiam Mediolanensem introductus narratur, vid. *Augustin.* Conf. IX. c. 7. „Tunc hymni et psalmi ut canerentur secundum morem Orientalium partium, ne populus moeroris taedio contabesceret, institutum est, et ex illo in hodiernum retentum“ cf. *Augustii* diss. de hymn. Syror. sacr. p. 1. et *Rambach Anthologie christlicher Gesänge aus allen Jahrhunderten der Kirche* T. I. pag. 58. sq.



none funebri 31. Tom. III. p. 238. in fine discimus, ubi doxologia tres versus continet. Quod nisi accipere velimus in illo loco, vox $\dot{\iota}\dot{\sigma}\dot{\Delta}\dot{\Delta}\dot{\Sigma}\dot{\zeta}$, utpote superflua et metrum turbans, delenda foret.

Nec desunt carmina — quod sententiam nostram probat, doxologiam versus ultimi esse *ὑποφωνίαν* a toto coetu forsitan simul cum choro aut, ut antiphoniae, quae in ecclesia orientali orta est, ratio constaret, a solo coetu cantatam — non desunt, inquam, carmina, ubi *διὰ ψάλμα* primae tantum strophae adscriptum est, in reliquis inde profecto repetendum v. c. hymn. 53. 54. 55. 57. 58. 59. 62.

Imo reperimus hymnos, ubi illud prorsus est omissum, quare undecim tantum versibus strophae constant, quibus ipse coetus, aliquo praeunte, doxologias usu notissimas addidisse videtur. Huius generis sunt hymni 56. 60¹⁵⁾. 61. 63¹⁶⁾. 64¹⁷⁾. 65¹⁸⁾.

15) Cuius vero strophae 3. et 5. tredecim versus habent et 6. est turbata. Notandum quoque, p. 126. l. 11. post $\dot{\Delta}\dot{\sigma}\dot{\Delta}\dot{\Delta}\dot{\Sigma}\dot{\zeta}$ imprimendum negligentia signum strophae finitae omissum esse, ne quis putet, esse stropham 22 versuum.

16) in quo strophae tertia sedecim versus habet. Ultimos 4 versus tautologicos nemo facile desideraverit. Quos si nolumus tanquam spurios relegare (quod sine codicum auctoritate non licet), statuendum est, reliquam

2) Deinde facile quisque videt, hos versus convenire cum versibus Graecorum in antiquissimis, quos habemus, hymnis v. c. ¹⁹⁾ in eo, qui in *Christum Servatorem* compositus *Clementi Alexandrino* tribuitur, vv. 5—8.

τοὺς σοὺς ἀφελίς
παῖδας ἄγειρον
Αἰνεῖν ἁγίως,
Ἵμνεῖν ἀδόλως — —

cuiusmodi plures in eodem hymno reperiuntur. Comparari quoque possunt quoad metrum hymni *Synesii*, philosophiae et poëseos Orientalis valde

strophae partem periisse hosque versus priori adhaesisse.

17) Huius quoque hymni strophæ secunda anomala aut interpolata 14 versus habet.

18) Cuius septima strophæ mutila est et corrupta. Quod non mirum, si memineris quae Editores de Codicum naufragio in praefatione narrant. Sequentis quoque strophæ primus versus male habet $\overset{\vee}{\text{ح}} \overset{\vee}{\text{د}} \overset{\vee}{\text{ب}} \overset{\vee}{\text{ا}}$ et metri causa profecto pro ultima voce legendum est $\overset{\vee}{\text{ا}} \overset{\vee}{\text{ب}} \overset{\vee}{\text{د}} \overset{\vee}{\text{ح}}$. Saepius animadvertimus, a librariis metri securis ommissa esse, quae sensum secum non auferunt. At vero in strophæ 5. vers. 9. lin. 9. et 10. $\overset{\vee}{\text{ب}} \overset{\vee}{\text{د}} \overset{\vee}{\text{ا}} \overset{\vee}{\text{ح}}$ superfluum eiciendum est, ut metrum sibi constet versus:

$\overset{\vee}{\text{ا}} \overset{\vee}{\text{ب}} \overset{\vee}{\text{د}} \overset{\vee}{\text{ح}}$

19) vid. *Clementis* Opp. Vol. I, p. 312. cl. Viri doctissimi et de historia hymnodiae meritissimi *A. I. Rambachii* Anthologia supra citata p. 35. sqq.



amantis, e quibus in Gnosi Bardesanis tradenda loca quaedam excitabimus. In hymnis vero Syriacis rhythmus et scansio sponte se plerumque offert, non ita in Graecis. Quodsi enim accentus s. ictus rationem habes, qui, ut diximus, Syris pro quantitate valet, primos versus ita leges:

O' mo-s he hwó Nuch

Dáscó-b phuchómo-I

et reliquos pariter. Solet ultima vox trisyllaba esse cum accentu in penultima, neque id vero, ut vel stropha exempli loco exscripta docet, semper deprehendimus.

3) *De scansione et licentiis metricis* haec praeterea habeto:

a) Singulae voces pronunciando arctius sunt coniungendae, quam apud nos fieri solet, sicuti Arabes faciunt et in nostris terris Galli fere loquuntur. Ita, ut iam significavi, in primo versu legas *Mos he* (ut Galli *Vous êtes*), in altero *Dascob phuchomol*, ita ut \sphericalangle primae vocis tertii versus occupetur. In primis copula o praecedentibus vocibus adhaerescit. Hac ratione summa, quae ceteroquin aures laesura foret, durities removetur.

b) *Synizeseos* s. *synaereseos*, qua duae syllabae in unam contrahuntur, Syri sunt amantissimi. Versus 5. strophae nostrae exemplum habet e vulgaribus; legendum est *detthkalb chinútho*, ut hymn. 51. p. 93. lin. 5. ab inf. ܕܝܬܬܟܠܒܝܚܝܢܘܬܗ



= *Marchuthoi* et h. 65. p. 126. lin. 16. ab infima
𐤌𐤊𐤏 = *Malph lan*. Ita in stropha 2. v.
9. hymn. 49. 𐤏𐤊𐤏 = *Samenph*, sicut str.
5. v. 6. 𐤏𐤊𐤏 = *hochanph* cll. hymn. 54. p.
101. lin. 6. ab inf. 𐤏𐤊𐤏 et p. 102. lin. 4.
𐤏𐤊𐤏 cll. p. 103. lin. 16. 𐤏𐤊𐤏 (bisyll.) —
Notissimae sunt synaereses tales: 𐤏𐤊𐤏
= *Msiginun* hymn. 50. p. 91. lin. 12. 13. cll.
hymn. 54. p. 101. lin. 23. 24. 𐤏𐤊𐤏 = *Da-*
linun et hymn. 55. p. 104. lin. 10. 11. — et tales:
𐤏𐤊𐤏 = *Dguschmau* hymn. 51. p. 93. l.
12. 13, quae more recepto ita punctis mutatis
indicari solent: 𐤏𐤊𐤏.

Neque nos offendunt contractiones, ut hymn.
54. p. 103. lin. 14. 15. 𐤏𐤊𐤏 = *Aljmino*.

In aliis durioribus sonus auxiliaris (Schva)
ad pronunciandum in subsidium vocandus est, v.
c. hymn. 50. lin. 20. 𐤏𐤊𐤏 = *Brich*
hud mebatelleh, benedictus sit, qui eum oppres-
sit! cll. p. 93. lin. inf. 𐤏𐤊𐤏 = *Wai-*
chod madth, ubi baptizatus es.

Duriusculae quoque sunt tales: 𐤏𐤊𐤏
= *Mna-bi-laph* hymn. 61. p. 117. lin. 19. et
hymn. 65. p. 126. lin. 16. et 15. ab inf. 𐤏𐤊𐤏
𐤏𐤊𐤏 = *Al Bow - Brow - Rúcho* cll.
hymn. 51. p. 94. lin. 10. et saep.



Neque vero putandum est, haec ita dure esse extrusa et elisa, sed inter canendum tremula lingua sonisque vibrantibus mollius voces coaluerunt. Neque duriores profecto sunt haec Synaereses, quam Latinorum *reice* (bisyll. pro *reïce*) Virg. Eclog. III. 96. *semjhomini*s pro *semihominis*, *tenvia* pro *tenuia* et aliae multae.

Habent quoque Syri *versus hypermetros*, ita tamen comparatos, ut syllaba s. quod idem est, vocalis abundans sit in sequenti versu, quae ab ultima voce praecedentis adsciscitur. Ita in hymn. 51. p. 94. lin. 13. ܦܝܢܓܝܢ *pingens* adrogat sibi primam syllabam vocis ܕܘܪܘܟܝܢ e versu sequenti, qui est hypermeter, ut adeo pronuncies *Zoro* cll. hymn. 54. lin. 15. ab inf. ܕܘܪܘܟܝܢ ܕܘܪܘܟܝܢ = *Darma*, ita ut versus sequens incipiat *Kineh* et ibid. lin. 7. ܕܘܪܘܟܝܢ abripit syllabam ܕܘܪܘܟܝܢ sequentis vocis ܕܘܪܘܟܝܢ .

c) Noli tamen *Diaereses*, quam potius librorum impressorum vitia agnoscere, si hymn. 49. p. 89. lin. 7. ab inf. pro ܕܘܪܘܟܝܢ legendum est ܕܘܪܘܟܝܢ (ut, quod sequitur, ܕܘܪܘܟܝܢ) et pag. sq. lin. 18. ab inf. ܕܘܪܘܟܝܢ pro ܕܘܪܘܟܝܢ et hymn. 53. lin. 5. ab inf. ܕܘܪܘܟܝܢ pro ܕܘܪܘܟܝܢ (promiscue enim Syri, ut Hebraei, utuntur participiis et praeteritis). Contrarium vitium deprehendimus in hymn. 51. p. 94. lin. 23. ab inf., ubi legendum est ܕܘܪܘܟܝܢ , non



ⲛⲁⲛⲟⲩ. — *Necessariam esse Criticis metri cognitionem accuratam, quisque scit, sed necessariam eam esse lectoribus Ephraemi, tum exempla hucusque subinde data iam probaverint, tum magna eorum nubes, si operae pretium foret, colligi potest. Ita in hymn. 53. p. 99. lin. 20. vocem duarum syllabarum excidisse videmus, quum versus ⲛⲁⲛⲟⲩⲛⲁⲛⲟⲩ mutilus sit et pag. 101. lin. 20. ab inf. ⲛⲁⲛⲟⲩⲛⲁⲛⲟⲩ superfluum relegandum est, pariter ac p. 102. lin. 11. 12. verba: ⲛⲁⲛⲟⲩⲛⲁⲛⲟⲩ, cum percuteretur, otiosa quippe metrumque turbantia, quae explicationis causa interpolata esse videntur, et legendum est ⲛⲁⲛⲟⲩ „qui eiulavit“ per os daemonum.*

4) *Homoeoteleuton* quoque Syri amarunt, *Assonantiam* inprimis, interdum quoque *Consonantiam*. Exemplum habes in prima stropha hymni 51., ubi quinques sibi respondent terminationes ⲛⲁⲛⲟⲩ — et toties ⲛⲁⲛⲟⲩ —, si ab una discesseris, quae sonat ⲛⲁⲛⲟⲩ. Casu tamen magis fortuito, cuius causa in ipsa formarum syriacarum similitudine quaerenda est, cecidisse, quam anxie quaesitas esse crediderim, quum haec terminationum similitudo ne in ipsa quidem, quam iam allegavimus, stropha constanter observetur. Frequenter vero se offerunt exempla Syrorum hymnos legenti. Conferri possunt hymn. 53. stropha ultima et h. 64. str. prima.



Caeterum fuisse hoc pentasyllabum metrum Bardesanis, nec nos rubrica levi seductos levem coniecturam proposuisse, ipsa hymnorum Bardesanis fragmenta ab Ephraemo servata docent, quae infra leges. Utrum vero iam Bardesanes hymnos suos aut omnino in tales *strophas* dispescuerit, quod ista Rubrica docere videtur, aut ita constanter hoc fecerit, numque alia quoque metra assecutus fuerit, quod, quum fragmentum hymni hexasyllabi infra communicandum invenerim, a verisimilitudine non abhorret: ego tamen, qui codices Nitrienses ²⁰⁾ Romae asservatos inspicere nequeo, coniecturis uberius probare nolim, satiusque duco ea tantum persequi, quae certis testimoniis nituntur et ex ipsis Syrorum libris impressis didici.

B) *Brevis excursio ad reliqua Syrorum metra.*

Syriacam poësin magis patre, et, ut narant, feliciter coluit *Harmonius*, Bardesanis filius, qui Athenis literis studiisque Graecorum diligentem operam navavit ²¹⁾. Ingenio poëtico a patre accepto ita usus est, ut hymnis novis *γνώδιν* paternam popularibus commendaret ²²⁾.

20) de quibus vid. *Assemanii* Bibl. Or. T. I. pag. 60. sq.

21) vid. *Sozomen.* l. c.

22) *Sozomen.* l. c. Ἀκούσιος ὁ Βαρδησανίου παῖς, ὄν

Novis haud dubie metris a Graecis acceptis patriam hymnodiam locupletavit, *heptasyllabis* nempe, in quibus Anacreonticos modos agnoscimus, et *tetrasyllabis*, qui cum versibus trochaicis fere concinunt.


Ephraemus certe, quem ab *Harmonio* metra mutuatum esse referunt ²³⁾, his metris varie usus est praeter illud Bardesaniticum.

φρασι διὰ τῶν παρ' Ἑλλήσι λόγων ἀγθέντα πρῶτον μέτροις καὶ ῥόμοις μουσικοῖς τὴν πάτριον φωνὴν ὑπαγαγεῖν, καὶ χοροῖς παραδοῦναι, καθάπερ καὶ νῦν πολλὰς οἱ Σύροι ψάλλουσι, οὐ τοῖς Ἀρμονίου συγγραμμάτων, ἀλλὰ τοῖς μέλεσι χρώμενοι. Ἐπεὶ γὰρ οὐ παντάπασιν ἐκτός ἦν τῆς πατρῴας αἰρέσεως — ὑπὸ λόγαν ἃ συνεγράφατο συνθεῖς, ταυτασὶ τὰς δόξας τοῖς οἰκείους προσέμιξε γράμμασιν, quibus *Ephraemus* vidit *Κηλουμένους* τοὺς Σύρους — καὶ κατὰ τοῦτο προσεδιζομένους ὁμοίως αὐτῷ δοξάζειν etc. cll. *Theodoret.* H. E. I. c. et qui (pariter ac *Nicephor.* H. E. I. 9. c. 16.) ex his descripsit *Syrus* Auctor *Compendii* H. Eccl. apud *Asseman.* in B. Or. T. I. p. 48.

23) *Sozomen.* I. c. *Ephraemus* quum *Syros* et verborum elegantia et modorum rhythmo delinitos videret, καίπερ Ἑλληνικῆς παιδείας ἄμοιρος, ἐπέστη τῇ καταλήψει τῶν Ἀρμονίου μέτρων· καὶ πρὸς τὰ μέλη τῶν ἐκείνου γραμμάτων ἐτέρας γραφὰς συναδούσας τοῖς Ἑκκλησιαστικῶς δόγμασι συνέδημεν. — ἔξ ἐκείνου τε Σύροι κατὰ τὸν ῥόμον τῆς Ἀρμονίου ἀδῆς τὰ τοῦ Ἐφραῖμ ψάλλουσι. cll. *Theodoret.* I. c. et locum ex *Actis S. Ephraemi* p. LII. supra not. 12. a me versum et communicatum.

1) *Pentasyllabum* quidem, quod *Bardesanis* fuisse didicimus, saepe adhibuit, sed variavit subinde, ut hymni iam uno tenore decurrant, strophis non divisi (v. c. *hymni adv. Haeres.* 29. 33. 54. 55. 56.), iam, si hoc factum fuerit, singulae strophae non *duodenis* semper versibus, de quibus vidimus, constant, sed *quinis* quoque, (vid. *Necrosim.* T. III. *canon.* 32. 34. 35. alii), *senis* (ut *hymn. adv. Scrutatt.* 32., ubi sextus singularum stropharum versus *ἔφρμνος* esse solet, sed in prima stropha desideratur, lit. *hymn.* 33.) et *septenis* (ut *hymn. adv. Scrut.* 15. 19. alii).

2) Nec raro *tetrasyllabis* hymnos suos composuit, quorum itidem variae formae deprehenduntur, ut alii *quinos* versus numerent ita:



(v. c. *hymn. adv. Scrut.* 66. — ubi tamen stropha 3. et 5. vitatae sunt — et 67. 68. sqq.), alii *denos* (v. c. h. *adv. Haeres.* 41. et sqq. et *Margarita s. de fide* 7 hymni in T. III. p. 150. sqq.), alii denique *duodenos* (v. c. h. *adv. Scrut.* 30.).

3) *Hexasyllaborum* versuum exemplum hucusque apud *Ephraemum* nondum reperi praeter fragmentum hymni *Bardesanitici* infra (Part. 2. §. 2.) exscriptum.

4.) Saepissime utitur *heptasyllabis*, ita ut nunc totus hymnus aequales versus habens, veluti carmina Graecorum Latinorumque heroica, uno cursu defluat (v. c. hymn. adv. Haer. 22. et 48.), nunc, odarum instar, in strophas divisus sit, quarum singulae vel quaternis versibus constant (v. c. adv. Scrut. hymn. 253. et *Necros. T. III. can. 12. 15. 31. alii*), vel senis (ut adv. Scrut. h. 1.) vel pluribus v. c. ternis denis (ut hymn. adv. Haer. 25. et 26.).

5.) Reperiuntur quoque hymni, quorum strophae variis metris aptatae sunt, tetrasyllabis, pentasyllabis etc. (v. c. hymn. adv. Haer. 34. 36. 37. alii).

Quoniam vero Ephraemus prae caeteris amavit metrum heptasyllabicum, hoc ab eo nomen accepit *Ephraemici* et plures fuerunt Syrorum poetae, qui ad eius normam²⁴⁾ carmina sua componerent, v. c. qui longo carmine ruinam Antiochiae planxit *S. Isaacus Magnus*, Presbyter Antiochenus, Theodosio iun. et Marciano imperantibus med. saec. 5. clarus, *Zenobii*, qui Ephraemum habuit praeceptorem²⁵⁾, discipulus, et *Mar Ioannes Bar Susan*, qui de Melite

24) ܕܘܢܝܘܢܝܘܬܐ propr. ad vexillum s. signum

Mar Ephraemi i. q. ܕܘܢܝܘܢܝܘܬܐ ad tonos, modos (nach der Weise, Melodia)

25) cf. *Asseman. Bibl. Or. T. I. p. 211.*

nes per Turcas et Armenos excidione (a. Chr. 1058.) duo carmina (ܒܘܠܦܗܪܐ) ad normam metri Ephraemitici composuit ²⁶⁾. *Ebedjesu* quoque Metropolitae Sobae et Armeniae (mort. a. 1513.) Carmen (ܒܘܠܦܗܪܐ) suum, quod catalogum librorum omnium Ecclesiasticorum continet, heptasyllabis scripsit, ut supra (in Ind. fontt.) in loco, quem excripsimus, videre licet.

Metro Pentasyllabo, quod profecto Syri orthodoxi Bardesanicum appellare horruerunt, *Balaeus* (ܒܠܐܝܘܫ), qui Ephraemi discipulus fuisse videtur ²⁷⁾, nomen dedit, quod frequentissime eo in carminibus suis usus est. *Assemanius* l. c. refert, hoc carminum genus in divinis Syrorum

26) v. Abulpharag. s. *Barhebraei Chron. Syriac.* Dynast. 10. p. 252. med. part. Syr. edit. *Bruno-Kirsch.*

27) v. *Assem.* B. Or. T. I. p. 166. „Gregorius Barhebraeus in Ethicis P. I. cap. 5. sect. 4. de cantuum inventoribus haec habet: Ex quo Nicaenum Concilium celebratum est, coepit S. Ephraem noster sacros hymnos odasque adversus sui temporis haereses conscribere. Praeterea alii Doctores, ut *Isaac* et quidam nomine *Balai* ad Davidicos versiculos complura cantica accommodavere.“ — Ille *Isaacus*, ab *Isaacomagno* diversus, fuit profecto ex Ephraemi discipulis multis, ille ipse, quem *Gregorius Abulphar.* Histor. Dynastiarum Dyn. VII. p. 145. (ed. Pocock. part. arab.) *Mar Aphrimi* discipulum vocat, qui sub imperio Theodosii jun. vixerit, coevus Nestorii et sermonum rhythmicorum auctor.



Officiis ad finem Nocturni occurrere semper cum hac rubrica: *ܩܕܝܫܐ ܕܥܘܠܐ*, „qui peccatorum misereris.“ Idem ille *Mar Ioannes Bar Susan* de Melitenes excidio duo carmina ad modos *Balaei* (*ܩܕܝܫܐ ܕܥܘܠܐ*) cecinit ²⁸⁾. (Ipsium etiam teste *Assemanio* ²⁹⁾ imitatus est *Ebedjesu* Sobensis Episc. in *Paradiso*, libro 50 carminum. — Neque tamen *Balaeus* quoque uni metro adhaesit, cuius etiam hymni tetrasyllabi adsunt ³⁰⁾.

Tetrasyllabum metrum adamavit *S. Iacobus* Sarugensis, cognomento Doctor ³¹⁾, *Batnarum*, oppidi haud procul ab Edessa in regione Sarugensi Episcopus, vir doctissimus et pius, qui saec. 5. et 6. vixit. Ita tamen exercuit, ut ternis pedibus singuli versus constarent, qua de causa *dodecasyllabum* est vocatum. Homiliarum eius metricarum (*ܩܕܝܫܐ*) magnus numerus fuit. Hunc quoque plures secuti sunt. Ita de Edessae per Turcas expugnatione (a. Graecorum 1456. Chr. 1145.) Episcopus *Mar Dionysius Bar Zalibai* duo, *Mar Basilius*, Edessae episco-

28) *Barhebr.* Chron. Syr. dyn. 10. p. 252.

29) *Bibl. Or.* T. I. p. 166.

30) *Assem.* ibid. duos citat v. c. hymnum de obitu *Aaronis*, summi sacerdotis, cuius initium: *ܩܕܝܫܐ ܕܥܘܠܐ*, dixit *Moses*.

31) de quo v. *Assem.* B. Or. T. I. p. 285. sqq.

pus, tria carmina scripsit, omnia *ad modum Mar Jacobi* (ܩܘܪܒܢܐ ܕܝܥܘܒܐ) ³²⁾.

Narses leprosus, qui in schola Edessena studia coluit, eaque eversa Nisibi 50 annos vixit (mort. ibi a. 496.), Nestorianus, quem *Ebedjesu* ³³⁾ Spiritus S. Instrumentum vocat, *metrum hexasyllabum* exercuisse suoque nomine insignivisse traditur. Non ita, ut reliquorum, frequens eius apud Syros usus fuisse videtur.

Adde nomina, quae carmina Syrorum sacra in frontibus gerunt ³⁴⁾. Vocantur

a) ܩܘܪܒܢܐ (quoad formam = ܩܘܪܒܢܐ et ܩܘܪܒܢܐ chald. = hebr. ܩܘܪܒܢܐ in psalm. et all. carmm.), *carmina continua*, aequalibus versibus sine stropharum distinctione decurrentia, neque vero, quod Assemanius vult, heptasyllabi solum metri; nam Iacobi Sarugensis quoque carmina idem nomen habent. Vocantur etiam plenius ܩܘܪܒܢܐ ܕܝܥܘܒܐ,

32) v. *Barhebr.* l. c. Dyn. 10. p. 328. extr. part. Syr.

33) in Catalogo c. 53. *Assem. B. Or. T. III. ell. A. Fr. Pfeiffer Auszug dieser Bibl.* p. 100. et 346.

34) cf. *Augustii* diss. supra laud. *de hymn. Syror.* SS. p. 9. sq. (Vir S. V. non de hymnologia metrorumque ratione in hoc opusculo disserit, sed potius de usu, quem hymni Syrorum habeant ad illustrationem singulorum dogmatum.) Adde *Asseman. Bibl. Or. T. I.* p. 61. et 132.

orationes metricae = الميامر المنظومة, carmina, quorum versus iuncti sunt ut baccatum monile 35).

b) Odis Graecorum et Latinorum, magis nostris hymnis sacris, qui e pluribus strophis conflati esse solent, conveniunt פְּדוּתָא , nomen per se generale, quamlibet *inquisitionem*, *meditationem*, *disputationem* denotans, quo opera *exegetica*, *philosophica*, *rhetorica* et *poëtica* Ephraemi insingniuntur. Conferri potest hebr. מְרַרֵּשׁ (interpretatio, commentarius) et מְדַרְסָּן , quod et *carmen*.

c) פְּסוּד , *toni*, *cantus*, qui v. c. in Officiis Defunctorum post *Orationes* (פְּסוּדָּא , breves ad Deum preces, non semper metricae, similes *Collectis*) ita canebantur, ut iis praemitteretur versiculus conveniens e Psalterio selectus, vel *Gloria Patri* (*Intonatio* apud nos). — Supra vero psalmos Bardesanis ita quoque nominatos legimus in *Actis S. Ephraemi* p. LI. — Ceterum vocem *Kole* etiam modos s. metrum indicare et in rubricis reperiri, ex iis constat, quae antea disseruimus.

d) E genere τῶν *Madrosche* sunt פְּסוּדָּא , *cantica* (פְּסוּדָּא cantavit Ephr. T. III. p. 212. lin. 13. et Aph. canere, canendo respondere fecit p. 224. med. 36), *hymni antiphoni*.

35) *Abulph.* Histor. Dynast. VII. p. 145. (part. arab.), ubi de Mar Isaaco, Mar Ephraemi discipulo, loquitur.

36) פְּסוּדָּא זִיכְרוֹן וְעוֹלָם וְעוֹלָם וְעוֹלָם et (David) respon-

PARS ALTERA.

GNOSIS BARDESANIS.

Introductio.

Quum lux coelestis in his tenebris effulsisset et vi sua divina bellum spirituale in mentibus hominum incendisset; in tanto opinionum iudaicarum et ethnicarum animique simul depravationis cum Christi victrice doctrina conflictu, si vel reliquas causas omnes praeterieris, fieri vix potuit, ut omnes in unum gregem coirent, quin ipsa veritas novo fulgore mentes multorum, in quibus pristinae opiniones carique errores altius insederant, occoecaret, ut in varias partes discurrerent. Prae ceteris terris sectarum ferox fuit *Syria*, quam, ut *Augustii* verbis utar ¹⁾, *Gnosticorum patriam atque theatrum* dixeris. *Vixit* enim *Antiochiae Saturninus*, e *Syria*, teste *Epiphanio*, prodiit *Basilides*, indidem *Cerdo* venit *Romam*, *Marcion* ibi tantum valuit, ut numerosissimus grex nomine eius signaretur,

1) v. *diss. de hymnis Syr. ss.* p. 12. cf. *Neander* l. c. p. 205., qui *Syriam* communem *gnosticorum systematum fontem* esse non improbat. Idem censet *Lewald* *comm. supr. cit.* p. 151.

grassati sunt per easdem terras *Valentiniani*, *Ophitae* et qui utrisque cognatus est, *Bardesanes* cum filio *Harmonio* ecclesiam patriam adulteravit, ut eos taceam, qui eam post *Bardesanem* invaserunt ²⁾).

Quum *Bardesanes*, ut antea vidimus, acriter et acute causam catholicae ecclesiae contra haereticos egisset, nihilo vero segnius gnosticae haeseos auctor et patronus exstitisset, hanc, quae videbatur, fidei repugnantiam Patres quidam catholici ita explicare et tollere studuerunt, ut eum temporis successu fidem mutasse coniiicerent. Differunt tamen ipsi ratione temporis constituendi, in quod illa fidei mutatio incidere. *Epiphanius* enim, quem sequitur *Augustinus* et exscripsit *Iohannes Damascenus*, principio eum τὴν εὐδοξίῃ πίστιν habuisse narrat, atque tum temporis, sanae quippe mentis, optimos libros, illius monumenta, edidisse, postea vero e sancta Dei ecclesia egressum *Valentinianis* socium se misere addidisse, e quorum improbitate pestiferum virus ac lolium contraxerit. *Eusebius* contra, cui adstipulatur *Hiera-*

2) Exhibet *Ephraemus* in hymno 22. et 24. catalogum Haereticorum ad sua usque tempora Syriacam ecclesiam turbantium. cll. *Ebedjesu* in *Assem. B. Or. T. III. P. 1. p. 63.* qui *Ephraemum* etiam contra *Ophitas* scripsisse tradit.

nymus, ante Epiphanium scripsit 3), Bardesanem prius Valentini scholae addictum, postea, quum doctrinam eius improbaverit et plerasque eius fabularum (*τῆς κατὰ τοῦτον μυθοποιίας*) confutaverit, ipsum quidem sibi visum esse ad rectiorem sententiam transiisse, vetusti tamen erroris sordes non penitus extersisse.

Reliqui omnes scriptores, qui Bardesanis mentionem faciunt, de hac fidei mutatione tacent. Quapropter narrationes istas e mera coniectura ortas esse iudicavi, cuius tamen primos auctores *Eusebium* et *Epiphanium* fuisse contendere nolim. Nam ipsi aequales Bardesanis de vera eius fide dubii esse potuerunt, quum, teste *Ephraemo* (v. supra P. I. §. 2.), palam coram turba mixta publicae doctrinae convenienter loqueretur et scriptis quoque haeticos confutaret, in privatis vero electorum conventibus *γνώσιν* suam explicaret et scriptis hymnisque occultis commendaret 4). Poterat igitur iam tum

3) in H. E. l. c.

4) Non omnes libros et hymnos Bardesanis in vulgus editos fuisse, discimus ex *Ephraemo*, qui hymn. 23. p. 489. C. haec habet: „Illi me docuerunt se odisse, quod libri absconduntur, quos scripserunt; veluti quis occultat labem suam, occultant eos, ne *spargantur* (*ⲉⲙⲓⲛⲁⲓ ⲛⲓⲛⲓ*).“ *Bardesanistas* intelligi videmus e p. sq. A. „Benedictus sit (Deus), qui eorum (*Bardesanistarum* *ⲉⲛⲓⲛⲓⲛⲓ*) errorem *sparsit*.“ cll.

In multis eum cum *Valentino* consentire cum ex his, quae iam diximus, conici potest, tum ex ipso, quod proponemus, systemate elucebit. Idem diserte omnes fere scriptores, quos in censum vocavimus, confirmant ⁶⁾. Neque vero ad *Valentini* solum placita sese inclinavit, sed saepius quoque aliis Gnosticis annuit, *Ophitis* praesertim, quod *Neander* primus vidit.

6) v. c. *Ephraemus hymn.* 22. p. 485. C. „Furatus est gregem *Valentinus* ex ecclesia eumque vocavit suo nomine, appellavit eum nomine suo *Cucojo* (*Cucueus*), furatus est eum callidus *Bardesanes* atque ut gregem communitatis (ϰοινον h. e. omnibus communem) eum fecerunt.“ Indicat sine dubio *Ephraemus*, hos viros coetus suos a catholica ecclesia non separasse, sed sibi ipsos vere orthodoxos visos esse. Hanc *ορθοδοξίας* speciem, ut vidimus, publice simulavit *Bardesanes* eamque prae se quoque fert *Marinus* Bardesanista in *Dial. de R. F.* sect. III. p. 834. A. βραχέα βουλομένου μου γυμνάσαι ἀνέχεσθε *ορθοδείτου* δόγματος προύστυμένον. *Ephraemus* illos l. nostro opponit *Marcioni*, qui oves suas segregavit (ϰοινοῦ). — De *Cucojo* illo, quem aliquoties, plerumque simul cum *Valentino*, commemorat (v. c. in eod. hymno superius B. et h. 25. p. 493. F. h. 2. p. 440. E) certi quid dicere nescio. — *Theodoretus* Haer. Fab. I. c. de *Bardesane* tradit: τοῦτον φασὶ πολλὰ τῆς *Βαλεντίνου* περικόψαι μυθολογίας. — In ipsa eius gnosi explicanda consensum subinde notabimus.

Marcionis antinomi acerrimus debellator totum *Vetus Testamentum*, imo *Apocrypha* quaedam cum *Evangelio* et *Apostolis*, tanquam principium religionis cognoscendae fide accepit quidem, sed quum γνώσιν suam in sacris scripturis quaereret, perinde ac reliqui Gnostici (si a Marcionitis discesseris) allegoricae et mysticae interpretationi male indulgit, cuius exempla mox videbimus 7) i

7) *Ephraemus* h. 21, p. 483. D. — „*Asseclae Bardesanis*, qui Mosis fidem habent.“ cl. h. 55. pag. 558. B. „Confitentur, se a Mose accepisse legem, quam tamen contemnit (*Bardesanes*) ita scribens“ (male interpretans) etc. Hinc in h. 22. B. commenta sua ornasse (ⲉⲃⲓⲛ ⲁⲓⲛⲓ) dicitur, nempe locis s. s. probandi causa allatis. cl. h. 53. p. 554. A. B., ubi Davidis imitatione se commendans notatur. Hinc *Ephraemus* in h. adv. *Bardesanem*, qui reperitur in *Actis S. Ephraemi* p. LIII. iis maledicit, qui scriptura s. ita utuntur, ut *Bardesanes*: „Maledictus sit, qui legit *Scripturas* earumque est adversarius. Maled. s. q. I. *Prophetas* et dissolvit effata *Prophetarum*: Maled. s. q. I. *Apostolos* et adversatur eorum dictis!“ — *Diodorus Tars.* apud *Photium* l. c. p. 702.: πῶς οὗτοι δέχεσθαι μὲν φασὶν τοὺς προφήτας; — *Epirhanius*: γροῦται δὲ Νόμου καὶ προφηταὶ, παλαιῶ τε καὶ καινῆ Διαθήκῃ, καὶ Ἀποκρύφους τισὶν ὡσαύτως. — Adde *Marini* professiones et provocationes in *Dial. de R. F.* v. c. p. 834. A. 849. C. τὸ τῶν Χριστιανῶν δόγμα πιστεῖ καὶ γραφαῖς συνέστηκε. Χρῆ οὖν ἀπὸ γραφῶν ἢ πείσαι ἢ πεισθῆναι et al.



§. 1.

*Deus impervestigabilis s. Pater Viventium
et Ἰλη.*

Est Deus unus ¹⁾, summus, aeternus, profundo mysterio reconditus, quem mens humana, cogitando vix assequens, comprehendere nequit ²⁾,

1) v. *Ephraem. hymn. 3.* p. 443. D. E. „Asseruit *Bardesanes* cum *Marcione* idemque negavit,

Deos duos (ⲉⲥⲟⲩⲛⲉⲛ ⲁⲩⲟⲩⲛⲉⲛ) esse posse.“ Quo quid sibi velit, Ephraemus iam uberius explicat et ita concludit: „*Bardesanes* igitur, qui professus est et contendit, duos Deos esse non posse, eo ipso, quod dixit et docuit, *multos esse Aeonos* (ⲙⲟⲩⲟⲩⲛⲉⲛ ⲁⲩⲟⲩⲛⲉⲛ) naturas sempiternas) accepit idem, quod reiecit.“ Sie Ephraemus saepius nomen Syriacum Aeonum urget cf. hymn. 53. pag. 554. *Marinus* etiam cum *Bardesane* magistro consentit Dial. pag. 834. C. θεὸν κατὰ ἕνα φημι εἶναι, ὡς καὶ αὐτός· καὶ στοιχεῖ μοι (fidei fundamentum puto), ὅτι εἶς θεός.

2) v. hymn. 54. p. 555. D. „Audivi *Madrosche* unius ex illis, qui dicebat: non possunt sensus Angelorum (ⲁⲩⲁⲓⲁⲛⲉⲛ) abstr. pro concr. ignis = naturarum ignearum = ⲁⲩⲁⲓⲁⲛⲉⲛ, *angeli* T. III. p. 222. F.) comprehendere quidquam, quod est in *natura sempiterna*“ (ⲁⲩⲁⲓⲁⲛⲉⲛ) = paulo inferius ⲁⲩⲁⲓⲁⲛⲉⲛ summum ens) et p. 556. A. „Extollunt unum ⲁⲩⲁⲓⲁⲛⲉⲛ, cuius sublimitas sit impervestigabilis.“ — En! τὸ ὄν *Philonis*, θεὸν ἄγνωστον, ἀκατάληπτον, ἀκατονόμαστον Satur-



qui ipse luce sua et immutabili bonitate beatus vitae et cuiuscunque boni est parens 3). Dissidet a Deo invisibili longo intervallo *materia aeterna*, massa foetida et deformis, iners et tenebricosa, unde mala omnia scaturiunt 4), ipsius

nini, *Basilidis* et aliorum, *Βυθὸν Valentini!*

cf. *Neander* l. I. p. 33. 94. 269.

3) Vocatur אֱלֹהֵי הַחַיִּים *Pater Viventium* s. vitae et simpliciter אֱלֹהֵי הַחַיִּים *Kivens* in *hymn.* 55. p. 557. B. Ita

etiam τέλειος αἰὼν s. βυθὸς Valentini nominatur προουχὴ, προπατήρ ; v. *Neander* p. 94. — Consentit hactenus *Bardesanista* cum Antesignano suo *Dial.* p. 835. D. τοῦ ἀγαθοῦ (θεοῦ) ἡ ποιότης καὶ ἡ ἐνέργεια, φῶς, ἀγαθὸν, δεξιὸν, ἐλεημονικὸν, εὐσεβὲς, δίκαιον, καὶ εἰς τὸ ἄλλο ἄξιον.

4) v. *Praedestinatus* c. 35. cf. *Ephraemi* *hymn.* 14. p. 468. D. E. „Vident, conspirare illos omnes *filios erroris* (haereticos), qui a Graecis acceperunt unum vocabulum odiosum ἰζὶδῶλο ἡοσῖ (*materia obscœna, deformis* = ὕλη ἀμορφος). Neque enim hoc scripsit *Moses* in Pentateucho, nec *prophetæ* consignarunt, nec *Apostoli* scripserunt; unum ens aeternum praedicarunt omnes *fili Veritatis*. Ecce mutuam inter se affinitatem contraxerunt *fili mendacii*, scribentes, illam esse *substantiam aeternam* (ἰζὸδῶλῖ). *Marcion* enim descripsit eam pugnantem contra Creatorem, meminit ejus quoque *Bardesanes* in opere *Conditoris* describendo ($\text{ἰζὸδῶλῖ σαρδῶν σαρδῶν}$)“. Male veritatis *P. Benedictus*: *Bardesanes* materiam *Creatoris* in mundi opificio *consortem* fuisse scripsit. *Adfuisse*

Diaboli mater et sedes 5).

materiam solummodo scripsit, si Ephraemum sequimur. Nusquam Ephraemus eum serio accusat dualismi stricte sic dicti, sed polytheismum ei intentat, quum Aeonis nomine pares (ⲓⲁⲗⲁⲓ) esse docuisset. Ἦθη igitur, e qua mundus visibilis conflatus est, Bardesani fuit massa inanimata. Synonymum eius est *locus probri* (ⲓⲛⲁⲓⲛⲁⲓ) s. *foetidus* (hymn. 55. p. 558. B.), saepius nominatur *mala et tenebrae* (hymn. 21.)

5) *Diabolus* nusquam opponitur Deo ut coaeternus, ideoque Dualismi error non cadit in Bardesanem, quem, ut vidimus, diserte a se removit. Probabile igitur est, eum cum *Kalentino, Ptolemaeo, Ophitis* (v. *Neander* pag. 106. 158. 236.) originem Satanae e *Materia* derivasse. Diserte hoc legimus in *hymno* 29. (qui haud dubie Bardesani oppositus est hominem tertia parte essentiali — corpore — privanti ell. h. 55. p. 551. B.) ubi p. 504. C. *Satanas* (*Schido*) *callidus* e sententia Adversarii vocatur *faex* (ⲓⲛⲁⲓⲛⲁⲓ) *principii tenebrarum*. Conferri potest *Dial.* de R. F. p. 839. B. ubi *Eutropio* quaerenti: τὸν οὐκ κακὸν που φῆς εἶναι; *Marinus* respondet: εἰς τὴν γῆν, et provocat ad verba Christi Luc. 10, 18.

Deserit tamen magistrum *Marinus* supra Monotheismi assertor, nunc, male sibi constans, Dualismi patronus pag. 835. C. ubi dicit: Ἐγὼ τὸν διάβολον αὐτοφῆ λογίζομαι, καὶ αὐτογένητον: καὶ δύο ῥίζας οἶδα, πονηρὰν καὶ ἀγαθὴν. Cur ita vocet, p. 838. D. explicat: quia *radix bona* beat, *mala* perdit — τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων αἴτιος ὁ θεός, τῆς δὲ ἀπωλείας ὁ διάβολος. — Vides, eum confundere *materiam* eiusque *progeniem*. cf. *Neander* p. 193.



§. 2.

Pleroma et Sedes deliciarum.

Ens illud incognitum vitae plenitudinem in se continere aeternumque latere noluit, sed ex sua substantia ab aeterno exclusit alias substantias vitae et essentiae ¹⁾ suae participes, inter se diversas, mentis nostrae intellectui propiores ²⁾.

Prima, quae prodiit, ipsius est *coniux* (ὄζυγος), quam in *sedem deliciarum*, portis para-

- 1) v. *Ephraem. hymn. 53. extr.*
- 2) v. hymn. 54. pag. 556. A. „Praeter unum *Ithje*, cuius sublimitas sit incomprehensa, inducunt alias naturas aeternas (*Ithje* = Αἰῶνες), quae comprehendendi possint.“ Paulo ante p. 555. E. legimus: „Unde finxerunt istas substantias aeternas, dispareς (ⲉⲓⲛⲉⲣⲉⲥ) et miscuerunt (ⲟⲩⲛⲉⲣⲉⲥ fortasse *coniugarunt*) earum naturas et distinxerunt earum fines, quum omnis natura τῶν *Ithje* difficilis sit pervestigatu, eo quod sunt *Ithje*?“ Et natura et loco, quem occuparunt in Pleromate, differunt, nam quivis Aeon aliquid de summo Ente revelat, ut loquar cum Valentino. cl. *hymn. 53. p. 554. D. et p. 553. F.* vocantur ⲁⲓⲛⲉⲣⲉⲥ ⲉⲛⲁⲛⲁⲓ, *Aeones contrarii, dissidentes* i. q. ⲉⲛⲁⲛⲁⲓ h. 49. p. 547. B. Idem testatur *Epiphanius*: πολλὰς τε καὶ ἄλλας καὶ αὐτὸς ἄρχας καὶ προβολὰς διηγῆσατο = πολλοὶ θεοὶ, πολλοὶ αἰῶνες extr. — De nomine et natura *Aeonum* praeter *Neandrum* vide *Beausobr. Hist. du Manich. T. I. p. 576. sqq.*



disi coelestis voluntate eius apertis, introduxit. Neque vacuus mansit ille paradisu. Ambo eum concubitu suo severunt gressibusque suis plantarunt. Concepit enim a *Patre Viventium* Coniux et iam *mater* filium occultum peperit, qui vocatus est *Filius Viventis* (𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓 = *Christus*) 3). Edita est porro *Rucho*

3) v. hymn. 55. p. 557. B. C. „Loquuntur filii (asseculae) Bardesanis (hymnus est ad normam metri Bardes.) ut pueri imperiti: Fluxit aliquid et descendit a *Patre viventium* et *Mater* filium occultum (𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓) concepit et peperit, qui vocatus est *Filius Viventis*. — Jesu sancte, gloria Genitori tuo! — Addit (Bardes.), non valere, ut possit solus omnino producere et generare. Dominum nostrum vocat naturam a duobus genitam mysterio coitus (𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓). — Idem valet de gnosi Bardesanis, quod *Neander* p. 96. sq. scripsit de systemate Valentini: „*Alle Lebensentwicklung aus Gott durch die Vereinigung in einander wirkender, einander gegenseitig ergänzender und eine gemeinschaftliche Offenbarung ausmachender Aeonon weiter fortschreitend. Ueberall ein Männliches, als das wirkende, bildende, vollendende Princip; ein Weibliches als das die Wirkung aufnehmende und zur Zeugung weiter verpflanzende*“ etc. — De Paradiso aethereo legimus in eod. hymn. pag. 558. B. „Confitentur, se a Mose accepisse legem, quam tamen contemnit ita scribens:

𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓
 𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓
 𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓𐤁𐤀𐤓



d' *Kudscho* (Spiritus S.) quae et ipsa, *Filii* quippe *Viventis* soror et coniux, duas peperit *Filias*, *Majo* et *Iabscho* 4), quae cum duobus aliis Ae-

h. e. „*Caput* (s. *principium*) *deliciarum*, cuius portae mandato (Patris) apertae sunt coram Matre.“ Quem *Paradisum* (𐤀𐤌𐤁𐤓𐤕) inferius (C.) „*Pater* et *Mater* concubitu suo sevisse et gressibus suis plantasse“ (h. e. Aeonibus natis, vita et felicitate implevisse) dicuntur. Mox redeundum nobis erit ad hunc locum. — De paradiso aethereo simili sed ab hoc diverso somniantur quoque *Ophitae* et *Valentiniani* v. *Neander* p. 262 — 64.

4) v. hymn. 55. p. 557. D. E. „Quis non claudat aures suas, ne audiat dicentes, *Spiritus S. duas filias peperisse*; secundum verbum eorum ad eas dixit (*Rucho d' K.*) in amore suo: (fragmentum est *hymni herxasyllabi*)

𐤀𐤌𐤁𐤓𐤕 𐤀𐤌𐤁𐤓𐤕 𐤀𐤌𐤁𐤓𐤕 𐤀𐤌𐤁𐤓𐤕
𐤀𐤌𐤁𐤓𐤕 𐤀𐤌𐤁𐤓𐤕 𐤀𐤌𐤁𐤓𐤕 𐤀𐤌𐤁𐤓𐤕

h. e. „*filia pedis tui* (quae te nascendo proxime subsequuta est *Ben.*) *sit mihi filia tibi*que soror, et pudet narrare, quomodo facta sit conceptio eius. Iesus tergat os meum! nam inquino linguam meam, cum illorum arcana retego: *Duas filias* peperit, unam *pudendum terrae aridae* (𐤀𐤌𐤁𐤓𐤕 𐤀𐤌𐤁𐤓𐤕), alteram *imaginem aquarum* (𐤀𐤌𐤁𐤓𐤕 𐤀𐤌𐤁𐤓𐤕)“ — Verba sane obscuriuscula! Haec vero patent: 1) *Rucho d' Kudscho*, quacum conferri potest *πνεῦμα ἕγιον*, ἡ ἀνω σοφία *Ophitarum*, omnis vitae fons (ἡ ἀρχὴ γενεσιουργός), differt ab illa *Matre*, Patris *Viventium* coniuge

nibus, *Nuro* (Igne) et *Rucho* (Spiritu Aëre) qua-

(quae comparanda est cum *Ἐνώα* s. *Συγή* Valentianorum) et, ut in systemate licet diverso *Valentini* (vid. *Neandr.* p. 114.), videtur *σὺζυγος* s. coniux esse *Christi* s. *Jesu*, qui h. l. ab Ephraemo narrationi ob verecundiam abruptae immiscetur ita, ut suspicio oriatur, praetermissa esse quaedam Ephraemi tempore nota, quae pudore pios offundere possint, nempe e *Christi* cum *Spiritu S.* concubitu filias istas esse conceptas. Magis hoc probatur alio loco, ubi cum *Spiritu* coniungitur hymn. 3. p. 444. B. „Marcion et Bardesanes impie affirmant, non unum esse Creatorem. Opera Creatoris tribuunt *naturis creatis* (Aeonibus Creantibus *ⲛⲓⲛⲓⲛⲓ*) et *Filium* et *Spiritum S.* miscuerunt *Creaturis* (istis, quas Creatrices somniant), atque ita hos *Filium* et *Spiritum S.* — effectores omnium rerum — permutarunt cum rebus nihili (*ⲭⲟⲩⲟ ⲛ̅ⲟⲟⲩⲟ ⲛⲉⲙⲟⲩ*)“ — ita deos fictitios, quales existimat Aeonis, constanter in scriptis suis appellat Ephraemus = *ⲛⲓⲛⲓⲛⲓ*. — Hoc loco diserte *Filius* et *Rucho d' Kudscho* tanquam *ⲛⲟⲩⲙⲟⲩⲛⲓⲁⲩⲟⲩⲁ* coniunguntur. Haec *Rucho d' Kudscho* profecto illa ipsa est *Ⲛⲟⲩⲁⲛⲓ* (*Creatrix*), de qua statim *ibidem* C. D. haec leguntur: „Et quum deceret per *Filium* creare, professi sunt, cum eo creante *Chachmuth* simul creasse eamque cum eo coelum et res creatas disposuisse. Reiecerunt et abnegarunt *Filium* et praedicarunt irrisores *Chachmuth* opificem alteram, quae eum adiuvisset.“ — *Ⲛⲟⲩⲁⲛⲓ* a *ⲭⲟⲩⲟ*, *cognovit uxorem, genuit* v. c. *Ephr.* Commentar. in Gen. p. 45. et saep. est *Creatrix* = *σοφία*, quae Gnosticis Graecis simul est geni-

tuor elementis praesunt 5). Ita maribus et fe-

trix et creatrix, vitam spargens cf. *Neander* p. 231. sq. Nomen graecum forsitan e permutatione vocis *Chachmuth* cum ܟܚܚܡܘܬ et ܟܚܚܡܘܬ , q. e. $\sigma\theta\gamma\eta$, receptum est. Illa explicatio (*creatrix*) et etymo et re et contextu loci allati nisa profecto praeferranda est derivationi *Hooperi*, viri doctissimi, qui (in libello suo: *De Valentinianorum Haeresi Coniecturae*, quibus origo ex Aegyptiaca Theologia deducitur. Londin. 1711. §. 35.) vocem *Achamoth* (Ἐνδύησις) deducit a ܟܚܡ , *appetentia gravidæ*. Habemus enim vocem Syriacam a Gnosticis Syris usurpatam ex eorumque lingua repetendam et explicandam. 2) *Duae Spiritus S. γενεσιούργου natae*, ut nomina docent, editae sunt, ut τὴν ὕλην fovrent et formarent, et *altera* quidem solidum elementum coëgit et compressit, qua de causa *Pudendum* (pars genitalis pro vi genitali et persona, ut alibi) *terrae aridae* vocatur, *altera* aquas collegit et fovit h. e. vim vitalem iis communicavit; hinc nomen *imago aquarum* h. e. imaginem, formam tribuens aquis. — Reliquae Gnosticorum sectae noverunt unam tantum $\text{προυνειον} = \kappa\alpha\tau\omega\ \sigma\theta\phi\alpha\nu$, quae τῇ ὕλῃ se immiscuerit eamque formaverit. v. saepius laudatum *Neandrum* p. 257. sqq. — Illae igitur Filiae Aeones auxiliares fuerunt Filio et *Chachmuth* creantibus.

5) v. *hymn.* 41. pag. 532. E. F. „*Unus* manifestavit (ܟܚܡ) *Deum peregrinum*, cui non sit nomen. Patet tamen, cur ei non sit nomen, quod ei non est substantia (ܟܚܡܘܬ), sed totus est otiosus (ܟܚܡ). Nomina (divina) furatus est et ut fur palam cum clamore ven-

E

minis eorumque natis, numero septem, nomine

ditavit (אֶדְוּ). *Alter* vero Aeonēs (אֶדְוּ אֶדְוּ) vocavit *Aerem* (אֶדְוּ אֶדְוּ) et *Ignem* (אֶדְוּ אֶדְוּ) et *Aquam* (אֶדְוּ אֶדְוּ) et quum Aeon unus nihil esset nec reperiretur, insignivit eum nomine אֶדְוּ אֶדְוּ, *Tenebrarum*, has insignivit nomine אֶדְוּ אֶדְוּ. *Alius*, quem illi antecesserunt et duxerunt (istorum alumnus *Ben.*) furatus est a sociis suis. Manus eius contra omnes et manus omnium contra eum. Cum omnibus errat, ut omnes in errorem inducat, filio Hagaris totus est similis, qui omnes diripit.“ — Primum esse *Marcionem* dubio caret. Deum enim *bonum* s. *benignum* (אֶדְוּ אֶדְוּ), quem a *Iusto* (אֶדְוּ אֶדְוּ) distinguebat, ipse, teste Ephraemo, appellavit *Peregrinum* (אֶדְוּ אֶדְוּ), quippe qui ad Christi usque tempora latuerat v. hymn. 48. p. 543. E. 49. p. 546. C. D. 50, p. 547. D. et Ephraemus eius irridendi causa sexcenties eodem nomine appellat. *Tertius* vero non potest esse Bardesanes; nusquam enim ita de eo loquitur Ephraemus, potest vero esse *Manes*, de quo similiter loquitur hymn. 50. p. 547. E. F. 51. p. 550. E. et all. II. *Medius* igitur erit *Bardesanes*. Deinde hoc ordine chronologico, quo *Marcionem Bardesanes*, hunc *Manes* excipit, recensere solet hos haereticos Ephraemus noster tantum non ubivis, v. hymn. 14. p. 468. E. F. bis, h. 50. p. 547. D—F. 51. p. 550. C—E. et saepius. Accedit, quod in aliis quoque Gnosticorum systematibus quatuor elementa ectypa Aeonum habentur v. c. summae tetradis; v. systema *Marci*, coevi Bardesanis, apud *Neandrum* p. 178. sq. cl. p. 399. Denique duos horum Aeonum, filias

ϩⲁⲃⲏⲁ, *Pleroma* constitit, qui coetus vel Deorum nomine et honore merebatur ⁶).

nempe Spiritus S. et Christi, iam cognovimus in nota praec. Quae enim ibi vocatur ϩⲏⲟⲩⲟⲩ, nulla alia esse potest, quam quae h. l. simpliciter ϩⲏⲟⲩ vocatur, et

ϩⲏⲟⲩⲟⲩ videtur esse, quae h. l. nominatur ϩⲏⲟⲩⲟⲩ. — Hi quatuor Aeonēs in pleromate Bardesani

profecto archetypi et auctores elementorum in mundo visibili fuerunt. Ex his forte Aeonibus una foemina (*Majo* profecto, Aquarum praeses et formatrix) perinde ac *νατω σοφία* aliorum Gnosticorum lamentans et reditum in Pleroma ad principium suum desiderans describitur in fragmento hymni Bardesanis, quod Ephraemus h. 55. p. 557. extr. et 558. A. his verbis aliegat: „Ad eos exprobrandos sufficit eorum ϩⲏⲟⲩⲟⲩ *occultus* alicuius (foeminae), quae dicit (lege ϩⲏⲟⲩⲟⲩ):

ϩⲏⲟⲩⲟⲩⲟⲩ

ϩⲏⲟⲩⲟⲩⲟⲩ

h. e. *Deus mi et caput meum* s. principium m., *dereliquisti me solam?* Quum puderet eum turpitudinis suae, induit suum Madroscho pulchritudine psalmi casti et sancti, ex quo repetiit Dominus noster: *Deus, Deus mi, cur dereliquisti me?*“

6) v. hymn. 55. p. 558. E. „Mares foeminasque, Deos eorumque natos (finxit), et pleno ore blasphemavit multosque glorificavit (his verbis):

ϩⲏⲟⲩⲟⲩⲟⲩⲟⲩ

ϩⲏⲟⲩⲟⲩⲟⲩⲟⲩ

E 2



§. 3.

Αεones Κοσμοποιοί.

Hae substantiae aeternae, non illud ens incomprehensum et reconditum, mundum visibilem, coelum et quidquid creatum est, condiderunt ¹⁾. Praecipuas in hoc opere partes habuerunt *Filius Viventis* et (eius *ούζυγος*) *Chachmuth* s. *Rucho d' Kudscho*, auxiliati sunt qua-

h. e. Gloria vobis, Domini mei, coetus Deorum! Itaque et Valentiniani, licet monotheismi assertores, „Aeones suos et Deos et Patres et Dominos et adhuc etiam Coelos appellari dicunt.“ *Iren.* l. IV. 1. et *Synesius* in suis hymnis, quorum metra Syriacis saepe conveniunt, Deum appellat:

Μονάς ἀμβρότων ἀριθμῶν

Ἡγοανοδοίων ἀνάκτων,

hymn. II. v. 71. — et hymn. III. v. 266. (cll. v. 166.):

Πάτερ Αἰώνων

Αὐτοῦγὲ θεῶν.

Septem vero Bardesani fuisse Aeones (*ἑπτὰ*, substantiae s. essentias sempiternas), saepius legimus apud Ephraemum v. c. hymn. 51. p. 550. D. „Bardes. qui statuit (*ἑπτὰ*) *septem Ithje*“ etc. (e quo loco apparet, *septenarium numerum* ei sanctum fuisse) cll. hymn. 53. p. 553. F. ubi simpliciter *Septem* vocantur.

1) v. hymn. 3. p. 444. A. „Exarsit (*ἑπτὰ* *Peal*) in Bardesane error Graecorum, quod docuit, ab *Ithje* universum creatum et constitutum esse.“ Plura loca vide in nota 4. ad §. praec., quae ibi occupanda erant.

tuor Aeonēs corporum genitalium s. elementorum archetypi et formatores²⁾.

§. 4.

Numina astra lia (ἄγγελοι κοσμοκράτορες):

Quae quum per Pleromatis incolas gesta sunt, mundo visibili naturae illis quidem inferiores, sed excelsae et potentes praepositae sunt, quae eum conservarent et gubernarent. Sedem habent in stellis, 7 nempe planetis et 12 signis Zodiaci, quorum etiam nomina gerunt¹⁾. Sol et Luna

2) vid. §. praec. not. 4. — Suas opiniones intulisse videtur *Bardesanes* fabulis Indicis, in fragmento, quod *Porphyrius de Styge* l. c. servavit, ita narrans: ἔλεγον δε καὶ σπηλαιον εἶναι αὐτόματον μέγα ἐν ὄρει ὑψηλοτάτῳ σχεδὸν κατὰ μέσον τῆς γῆς, ἐν ᾧ σπηλαιῶν ἐστὶν ἀνδριάς, ὃν εἰκάζουσι πηγῶν δέκα ἢ δωδεκα. ἐστὼς ὁρθὸς ἔχων τὰς χεῖρας ἠπλωμένας ἐν τύπῳ σταυροῦ καὶ τὸ μὲν δεξιὸν τῆς ὄψεως αὐτοῦ ἐστὶν ἀνδρικόν, τὸ δ' εὐώνυμον θηλυκόν. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ βραχέων ὁ δεξιὸς, καὶ ὁ δεξιὸς ποῦς καὶ ὄλον τὸ μέρος ἀρσενικόν, καὶ τὸ εὐώνυμον θηλυκόν. — — περὶ τὸν μαῖον τὸν δεξιὸν ἥλιον καὶ περὶ τὸν ἀριστερὸν σελήνην καὶ κατὰ τῶν δύο βραχιόνων τέγγη γεγλυφθαι ἄγγελων ἀριθμὸν καὶ ὅσα ἐστὶν ἐν τῷ κόσμῳ, τοιῆστιν οὐρανὸν καὶ ὄρη, καὶ θάλασσαν, καὶ ποταμὸν, καὶ ὠκεανὸν καὶ φυτὰ καὶ ζῶα, καὶ ἅπλως ὅσα ἐστὶν τοῦτον τὸν ἀνδριάντα φασὶ δεδοκέναι τὸν θεὸν τῷ νιῷ, ὁπηρὶνα τὸν κόσμον ἐκτιζεν, ἵνα κτισθέντων ἔχη παρὰδειγμα. cf. *Neander* l. 1. p. 202.

1) vid. hymn. 51. p. 550. D. „*Bardesanes*, qui 7

coniuges, Planetarum primum par, quod coniugio *Patris Viventium* cum *Matre* respondet, qui et ipsi *Pater* et *mater* vocantur, menstruali congressu efficiunt, ut mundus inferior perduret ²).

Aeones statuit et praedicavit *signa Zodiaci* (فَدْوَمَا) et *horam* (horoscopum — اِسْدَا) observavit et docuit de septenario coetu (سَدَسَاتَا propr. *septimi*, sunt procul dubio planetae — *die Siebenzahl unter den Sternen* —. Alibi quoque simpliciter vocantur *septem*, sicuti *signa Zodiaci* — *duodecim*, *die Zwölfe* — v. c. hymn. 12. p. 465. F. اِسْدَا لَو اِسْدَا) et captavit *tempora* (اِسْدَا tempora opportuna et mala).“ cll. hymn. 53. p. 553. F. „Caritas vos cogit, Fratres, ut patienter accipiatis repetitionem verborum eorum, esse Aeones diversos, *stellas* (اِسْدَا) et *signa Zodiaci*“ etc. Sensu carent haec verba, quum *stellas* et *signa Zodiaci* esse Ephraemus negare non potuerit, nisi cogitentur *stellae naturis quibusdam superioribus animatae, numina siderea*. Bardesanem, ut stellarum in hunc mundum visibilem efficientiam et influxum cognosceret, libros de signis Zodiaci assidue legisse Ephraemus tradit in hymn. 1. p. 439. E., quem locum supra dedimus (P. 1. §. 3.).

2) v. hymn. 55. p. 558. D. „*Solem* et *Lunam* intuitus cum *Sole* comparavit *Patrem* (Viventium, de quo antea sermo est. — اِسْدَا c. د = parabolizavit, comparavit ut in Aph. „د اِسْدَا p. 483. D.), cum *Luna* comparavit *Matrem*“ h. e. *Solem* et *Lunam* in mundo visibili illorum antitypos esse putavit. — Qualem cogi-

Ab istis reliquisque stellis fataliter pendet bona tempestas, abundantia et penuria, vita et mors, secunda et adversa fortuna 3). Neque tamen hac

taverit Solis et Lunae ad mundum naturalem s. visibilem conservandum efficientiam, discimus ex *Abul Phario* l. c., qui haec de Bardesane (Ebn Disan) habet: „Hic *Solem* patrem et *Lunam* matrem vitae appellavit et (dixit), initio cuiusvis mensis *matrem vitae* exuere lumen, quod vestis ipsius sit, et ingredi ad *patrem vitae*, qui cum ea congregiatur, et parere filios (اولاد), qui perseverare faciant mundum inferiorem (العالم السفلي) semine et alimento (بالنمو والزيادة).“ — Doctus *Neander*, qui hunc locum tacet, opinionem eandem Aegyptiis fuisse e loco *Plutarchi* de Iside et Osiride c. 43. docet, ubi etiam *Sol mas* in *Lunam* feminam semen s. principium vitae (γεννητικὸς ἀρχὴς) infundere dicitur, quo per aërem emisso et sato mundus perduret: μητέρα τὴν σελήνην τοῦ κόσμου καλοῦσι καὶ φύσιν ἔχειν ἀρσενόθηλον οἴονται, πληρουμένην ὑπὸ ἡλίου καὶ κνίσκουμένην, αὐτὴν δὲ πάλιν εἰς τὸν αἴρα προϊεμένην γεννητικὸς ἀρχὴς καὶ κατασπείρουσαν. — Similia traduntur in *Zend Avesta* et a *Manichaeis*.

- 3) Legimus in *Actis S. Ephraemi* l. l. p. LIII. integrum Ephraemi hymnum metri heptasyllabi, in quo contra Bardesanis de vi Planetarum in res terrestres doctrinam vehementer insurgit ita: „Spem nostram non locamus in *Septem* (Planetis), in quos credit *Bardesanes*. Maledictus (دند) sit, qui dicet, ut ille dixit, ab iis (descendere) imbres tenuesque pluvias. Mal. s. q. d. ut i. d., ab iis etiam descendere rorem. Ana-



fatali Astrorum efficiencia tollitur providentia divina 4).

thema (ἄστρον) sit, qui etc., ab iis descendere nivem et glaciem. Anathema sit etc., ab iis (venire) semina (s. sata) operariis. Anathema sit qui dicit aut profitetur, ab iis (oriri) fruges agricolis. Anathema sit, qui profitetur, ut ille professus est, ab iis (oriri) famem et saturitatem. Anathema etc., ab iis (venire) aestatem et hyemem. Anathema sit vir et femina, quicumque ita profitentur. Anathema sit, cuius haec est spes, cuius fiducia posita est in *Septem*. Anathema sit ille, qui abiecit spem firmam Domini et *Septem* (planetis) tribuit potestatem et fixit fiduciam suam in iis.“ — Reliqua huc non pertinent. — Memorabilis est locus ex ipsius Bardesanis fragmento, quod *Eusebius* servavit, in quo arbitrii humani voluntatem contra Astrologos defendit, sed *καυόμενα* quaevis ab astrali *εἰμασμένη* pendere concedit et asserit, ubi p. 278. D. *principum τῆς οἰκουμένης siderum* (ἀστέρων ἀρχόντων, terrae praesidium) hunc ordinem (ex sua, ut videtur, sententia) constituit: a) *ἑπτὰ ἀστέρες* (Planetae) b) *δώδεκα ζῳδία* (signa Zodiaci), quae subditos sibi habent 36 *Δεκανούς*. Genethliaci nempe signo cuique partes s. stellas triginta assignasse dicuntur, quo efficitur numerus 360, quem si diviseris in Decurias, harum principes, quos Decanos ex militiae usu appellarunt, 36 habebis.

4) v. *idem fragmentum Bardesanis* (*Euseb. Pr. Ev. l. c.*) sub finem: „At annuente Deo fieri cuncta possunt, impediri nihil; eius enim voluntati nihil obsistere potest. Nam quae obsistere videntur, eo fiunt, quod, quae est eius benignitas, naturae cuique suam *ἰδιότητα* et voluntatis arbitrium concedit.“

Ἀνθρώπου πλασία.

Inter naturas superiores beatasque et loco superiore erat quoque *anima hominis* ab Aeonibus nata. Sed mandatum Dei transgressa peccatrix, ut criminis poenam lueret, beata sede excidit. *Pater* per *Filium* cinxit et colligavit eam, sui nihilominus similem, hac carne e mala materia desumta, quam culpae sibi conscia ut onus et sepulcrum et vincula circumfert ¹⁾. Colloca-

1) v. *Dial. de R. F.* p. 862. C. ubi *Marinus* Bardesanista haec dicit: τῶν προφητῶν ἀληθέστερον τὸν ἀπόστολον παρέγω μάρτυρα, ὅτι σῶμα δεσμός ἐστι ψυχῆς καὶ πάντων τῶν κακῶν αὐτό ἐστιν αἴτιον· περὶ οὗ λέγει (Rom. 7, 24.)· ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου; — Iam *Adamantio* sciscitanti, quomodo corpus sit animae vinculum, *Marinus* respondet: ὅτε παρέβη τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ ἢ ψυχὴ ἁμαρτήσασα, τότε, φησὶν (Gen. 3, 21.), ἐποίησεν ὁ Θεὸς δερματίνους χιτῶνας καὶ ἐνέδυσεν αὐτούς· τουτέστι τὸ σῶμα. ὡς καὶ *Ιερემίας* ὁ προφήτης δεσμούςς ἡμᾶς καλεῖ, τοῦ Θεοῦ ἐνδήσαντος τὴν ψυχὴν εἰς τὸ σῶμα. ell. p. 834. B. C. Εἰκότως γὰρ ἄχθος καὶ σῆμα, καὶ δεσμὸν κέκληται (caro), διὰ τὸ ἁμαρτήσασαν τὴν ψυχὴν ἐνδεδέσθαι τῷ σώματι τούτῳ, ὡς ὁ ἀπόστολος τοῦ χριστοῦ παῦλος βοᾷ ῥυσθῆναι ἀπὸ τοῦ σώματος (Rom. I. c.) et pag. 850. A. τὸν ἄνθρωπον ἐδημιούργησε ὁ Θεός. i. e. ὁ πατήρ σὺν τῷ λόγῳ s. Christo — καθὼς λέγει ἡ γραφὴ Gen. 1, 26. 2, 7. — Ita loca S. S. *Bardesanes* et asseclae suo modo interpretati in rem suam



catus est hic homo in *paradiso terreno*, quem Aeonēs mensurati sunt et condiderunt²⁾. Ab his

traxerunt. Similia *Epiphanius* haer. 31. (coll. *Iren.* 1. c. 1. et alii) de *Valentini* interpretatione et opinione tradit: „τὸν ψυχικὸν contendent esse eum, qui ad imaginem ac similitudinem factus sit. Iuxta *imaginem* quidem *materialem* (ὕλικόν) esse, *παροπλήσιον* quidem, sed *νόη* ὁμοούσιον θεῶν; iuxta *similitudinem* vero *animalem* (ψυχικόν): unde etiam *Spiritus vitae* (πνεῦμα ζωῆς) *essentia* (οὐσία) ipsius dicta sit, quum sit ex spiritali effluxione (ἐκ πνευματικῆς ἀπορροίας). Postea autem circumdatam ipsi dicunt *pelliceam tunicam*, quam sensibilem carnem (τὸ αἰσθητὸν σαρκίον) esse volunt.“

- 2) v. hymn. *Ephraemi* 55. iam supra laudatum, in quo p. 558. B — D. de *duplici Bardesanis paradiso* agit. Locum vehementis adversarii subobscurum ita, verba diligenter secutus, reddo: „Profitentur, se a Mose didicisse legem, quam tamen (*Bardesanes*) contemnit scribens, esse *sedem deliciarum*, cuius portae *mandato* (Patris) *apertae sint coram Matre*, et loco foedo (ⲓⲛⲟⲩⲛⲓⲛⲓⲛⲓ l. probri, pudoris ell. p. praec. extr. et 539. C. = ⲓⲛⲟⲩⲛⲓⲛⲓ 1 Cor. 6, 5.) posuit *paradisum* (hominum primam in terris sedem). Pentateuchus purus redarguet ut speculum doctrinam eorum odiosam. Rejicit item *Paradisum benedictum Sancti* et laudat (ⲓⲛⲟⲩⲛⲓⲛⲓ profitetur) *Paradisum alium eumque foedum*, quem *dii* (ⲓⲟⲩⲛⲓ i. e. Aeonēs vid. supra §. 2. not. 6.) mensurati sint et condiderint (ⲓⲟⲩⲛⲓⲛⲓ). *Pater* nempe et *Mater* concubitu suo illum severunt

Aeonibus cunctorum hominum animae nascuntur, quae in hoc corporis mali sepulcrum includuntur 3).

et gressibus suis eum plantarunt. In historia Paradisi adversarius eorum est Moses. Non enim ista scripsit; in Eden, scriptum est, consevisse Dominum Paradisum. Moses *unum* praedicat, iste *duos* finxit (𐤒𐤆𐤃𐤁⁷ induxit), quos Dii dimensi sint et condiderint (*alterum* profecto *Pater* et *Mater*, *alterum* Aeonēs δημιουργοί) in loco, quem dicere me pudet, etiamsi nominis meminerim (modo dixisset! sed est procul dubio tetra ὕλη). Serpens, qui decepit Adamum in arbore, decepit et in errorem induxit istum in historiis Paradisi.“ Plura explicationis causa non addo. Bene consentiunt cum his, quae in *Dialogo de R. F.* legimus, si cogitaveris, animam lapsam ab Aeonibus in terrestri paradiso, ab ipsis sato, collocatam ibique a *Filio Viventis*, utpote δημιουργοῦ, corpore (cingulo pelliceo) indutam esse.

- 3) vid. hymn. 53. p. 553. F. „*Corpus e malo* (𐤒𐤆𐤃𐤁⁷, *e mala materia*, vid. not. 1. cl. hymn. 46. p. 541. B. C. ubi Ephraemus errorem refutans corpus appellat 𐤒𐤆𐤃𐤁⁷, *pulchrum*, aut, si mavis, *a satana*, qui in materia sedem habet vid. §. I. not. 5.) et *anima a Septem*,” h. e. Aeonibus. Nam in hymn. 54. p. 555. F. Diserte legimus: „dicunt, etiam animam *ab Ithie* factam (𐤒𐤆𐤃𐤁⁷).“ Animam coelitus descendere. *Martinus* quoque in Dial. p. 850. B. quum Adamantius interrogasset, an sine Deo in alvo hominem fingi diceret, his verbis asserit: Ἐγὼ δύναιμι θεοῦ λέγω ζωογονεῖν τὸν ἄνθρωπον. — Possis ex his verbis intelligere, quemad-



§. 6. *Homo in exilio terrestri.*

Homo igitur in his terris peregrinans, duplicis originis, duabus quoque partibus constat ¹⁾,

modum orthodoxe loqui soliti sint Bardesanistae, quum ex Ephraemo sciamus, τὴν δύναμιν θεοῦ esse τὰς δυνάμεις τοῦ θεοῦ s. τοῦ ὄντος = Aeones (die Offenbarungen, Entfaltungen der göttlichen Kraft oder des göttlichen Wesens).

1) vid. initium hymn. 52. p. 551. „Convincamus Bardesanem (qui negavit corporis resurrectionem, de quo infra!) hominem non posse privari una trium formarum (ܐܘܪܘܚܐ, ut Latinorum *formae, species, synon.* ܐܘܪܘܚܐ *partes*, cum qua voce h. l. permutatur. Propria sign. est *figura*, äussere Gestalt = *σῆμα* v. c. *Ephr.* T. III. p. 210. B.) hominis, quemadmodum nec igni quis adimat formam, quin ipsum ignem exstinguat, quia *tribus partibus* consistit homo, ut perfecte vivat, quemadmodum compositus est tripliciter (ܐܘܪܘܚܐ ܘܥܘܪܘܚܐ ܘܥܘܪܘܚܐ):“

— Quenam sint illae tres partes, quarum una (carne) Bardesanes hominem privare voluerit, Ephraemus dicit in fine huius hymni p. 553. A. (cll. hymn. 29. p. 504. C. et p. 505. A. B.) ܐܘܪܘܚܐ ܘܥܘܪܘܚܐ „*anima et mens* earumque cithara *corpus*.“ Splendido nomine praedicat corpus, ut se Bardesani reliquisque Gnosticis corpus fastidientibus opponat. Ipse *Bardesanes* in fragmento dialogi sui apud *Eusebium* l. c. p. 273. sq. easdem tres partes hominis, sub adspectum cadentis, constituit.“ Naturae legibus (*κατὰ φύσιν*), inquit, generatur homo, alitur, crescit, generat, comedit, bibit,



alterâ *invisibili*, coelitus delapsâ, quae est *anima spiritualis*, ψυχὴ πνευματικὴ (cuius duae quoque partes sunt νοῦς s. λόγος et ψυχὴ — יָדָבָר s. יָדָבָר s. יְרוּסוֹ יָדָבָר et יָדָבָר —) alterâ *visibili*, quam, e foeda materia compositam, cum reliquis animantibus, quibus praeter sensum nihil est, communem habet, quod est *corpus* s. *caro sensibilis* (σάρξ cum Ψυχὴ ὑλικὴ = σάρξ αἰσθητή, לֶשׁ, quae *tertia* quoque hominis pars vocatur). *Anima spiritualis* — ὁ ἔσω ἄνθρωπος — corporis licet vinculis constricta, arbitrii libertatem servavit, *caro* vero *sensibilis* — ὁ ἔξω s. ὁ φαινόμενος ἄνθρωπος — principum astrorum fatali gubernationi (εἰμαρμένη) est subiecta²⁾; ita ut non solum na-

dormit, senescit, moritur: atque id omni non homini tantum, sed etiam experti rationis animanti (ἀλόγου ζώου) commune est. Verum animantes ceterae, quod praeter sensum nihil habent (ψυχικά ὄντα, quae est ψυχὴ ὑλικὴ, inferius vitae principium, ut saepe פֶּשַׁע hebr.) quodque *totae* (διόλου) maris ac feminae congressu generantur, prorsus fere *naturae impetu* rapiuntur. — Homines vero, qui soli *proprium aliquid ac singulare, mentem* nempe (τὸν νοῦν = יְרוּסוֹ etc.), quique proficiscitur ex mente, λόγον (יָדָבָר v. Ephr. I. c.) habent, secundum communionem, quam cum illis habent, naturam quidem sequuntur, ut antea dixi, secundum praerogativam vero (κατὰ δὲ τὸ ἐξ αίετον) naturae non adhaerescunt etc.

2) vid. totum *Dialogi Bardes*, fragm. ap. *Euseb.* I. c. in



tivitas et, quae cum ea coniuncta est, laetior tri-

quo contra Chaldaeorum sectatores (*χαλδαίζοντες* p. 276. A.) *interni hominis* liberum arbitrium asserit, *externum* vero hominem, qui instar reliquarum animantium *κατὰ φύσιν φέρεται*, *fato* (quod dicitur *εἰμασμένη*, *γένεσις*, *ἄστρες ἄγοντες*, *τῶν ἄστρον ἀποκλήρωσις* etc. vid. infra *Chaldaeorum* nomina) subjectum servire concedit. — *Voluntatis* vero *arbitrium* his deinceps argumentis *probat*. A. Diversa est hominum victus et cultus, morum et *πολιτείας* ratio p. 274. A — B. Alii vocantur *ἀγαθοί*, alii *κακοί*, alii vero *δίκαιοι*; unde apparet, hominem non prorsus (*πάντως*) naturae necessitate constringi, quia in eum tantum, qui arbitrii libertate gaudet, laus, vituperatio atque poena cadit. *ibid.* D. — C) Homines singulis in regionibus varias leges, scriptas alias, alias non scriptas tulerunt, eaeque leges, quae alibi ignoratae non observantur, licet eadem stellae iis regionibus praesideant, ibi observantur. Ita apud Seras est et servatur lex, quae vetat occidere, scortari etc. „Nullius enim, inquit, liberae voluntati (*ἀντεξούσιον*) flammivomi stella Martis, medio licet in coelo volvatur, hominis ferro necandi necessitatem imposuit. Neminem apud eos congressa cum Marte Venus (*Κύπρις σὺν Ἄρει τυχοῦσα*) ad uxoris alienae congressionem impulit, tamen nullo non die Mars ille medium coeli circulum teneat (*μεσουρανόυτος*), et nulla non hora quotidie nascantur Seres.“ Imo in una eademque regione Indi alii sunt *ἄνθρωποπάγοι*, alii *ἐμψύχων ἀπεχόμειοι*. p. 275 A. B. ell. 278. D. Post multa exempla a Persis, Medis, Aegyptiis, Phrygibus, Galatis, Getis, Bactris, Galis, Germanis aliisque petita p. 278. A. hoc summum argumentum concludendo ita repetit: „Apud omnes populos et quovis die omnique nascendi genere (*πάντα*

stiorve conditio, sed per totum quoque aevum,

τρόποι τῆς γενέσεως h. e. sub quovis stellarum concursu = constellatione) nascuntur homines, dominantur tamen ubique hominum leges et mores, *propter liberum humanae voluntatis arbitrium* (loco διὰ τὸ ἀντὶ ἐξούσιον τοῦ ἀνθρώπου in *Recognitt.* l. c. c. 25. legitur plenius et rectius profecto: „et arbitrii libertas, quae est hominibus insita *per Spiritum*, obtemperat legibus.“ Hoc Bardesani quam maxime convenit. *Chachmuth* enim s. *Ruchod' Kudscho*, *Filiī σύζυγος* et concreatrix sine dubio ex eius sententia spiritum s. animam inflavit homini e terra creato), neque cogit fatum Seras, ut inviti occidant etc. — D) Multi viri sapientes et reges leges immutarunt abrogatisque proprias substituerunt, neque tamen suo climate s. regione sua Planetarum ullus excidit. p. 279. A. — E) Iudaei ubique locorum et quovis tempore pueros suos octavo post nativitatem die circumcidunt — et Christiani inter diversissimos populos Magistri sui praecepta constanter observant, neque eos fatalis nativitas ab Astris principibus descripta (ἡ ὑπο τῶν ἀρχῶν προτυνευομένη γένεσις) ad flagitia a Praeceptore suo interdicta adigit. p. 279. B. sq. — Iam ita concludit p. 280. B. C. „Idem Christiani tamen morbis, egestati, calamitatibus (πάθει) et contumeliis (ἀτιμίαις), ut vulgo vocantur, obnoxii sunt. Quemadmodum enim *homo noster liber* (ὁ ἐλεύθερος ἡμῶν ἀνθρώπος = ἔσω ἀνθρώπος cll. *Dial.* de R. F. p. 866. B.) servire non cogitur, et si vim patiatur, vim afferentibus resistit; ita *homo noster, qui sub adspicium cadit idemque servus* (ὁ φανόμενος ἡμῶν δούλος ἀνθρώπος = ἔσω ἀνθρώπος ibid.) observandi necessitatem haud facile declinare potest. Si enim omnia possemus, nos esse-

quo anima huic carceri inclusa est, morbus et sanitas, opulencia et inopia, calamitates quaevis,

mus τὸ πᾶν, pariter ac si nihil possemus, aliorum essemus ὄργανα καὶ οὐχ ἑαυτῶν. At annuente Deo fieri cuncta possunt etc. (cf. §. 4. not. 4.).“ — Exscripsi haec, partim ut ipsum Bardesanem in sua re audiamus, partim ut intelligatur, quam convenienter fidei orthodoxae loqui potuerit, ut *Eusebius* eum non solum summopere laudet, sed et *σοστραιώτην* contra fatalismi assertores advocaverit, etsi suum systema in hoc quoque fragmento, ut videmus, constanter tuitus fuerit. —

Idem sibi vult *de Bardesanis fato Ephraemus* subobscurè loquens in *hymn.* 6. p. 452. E. F. (quem locum *Petr. Benedictus* non intellexit): „Acutus s. callidus Bardesanes, inquit, qui refutavit illud fatum (Chaldaeorum ܘܢܝܢܘܢ eorumque sectatorum, *χαλδαϊζόντων*), ei substituit fatum illo praestantius (ad verba: refutavit illud fatum fato praest.), quod in libertate decurrat (ܘܠܘܢ ܘܢܝܢܘܢ ܘܢܝܢܘܢ i. e. quod libertatem non tollat). *Necessitas inferiorum* (ܘܢܝܢܘܢ, terrestrium = τοῦ σώματος καὶ τῶν περὶ τὸ σῶμα, τῶν κατὰ φύσιν φερομένων, τῶν φαινομένων, ut Bardesanes loquitur) arguit necessitatem *superiorum* (ܘܢܝܢܘܢ, spirituum, animarum! coelitus ortarum). Umbra eorum arguit corpus eorum (proverbialis dicendi ratio: ubi umbra, ibi corpus = unum ex altero sequitur). Illa ipsa enim computatio, quam computavit pro inferioribus, claudum reddit liberum arbitrium (ܘܠܘܢ ܘܢܝܢܘܢ libertatem solutam) superiorum“ h. e. qui in corpore servo animae libertatem asserit, hanc ipsam revera tollit. Iam horiaur

imo vita et mors ab illorum dispensatione (τῆς εἰμαρμένης διοικήσει) pendeant. Accedit quod

Ephraemus Bardesanitas, ut penitus exitialem errorem deponant. „Mittite, inquit, blasphemiam dictorum Chaldaeorum, quae irritant Creatorem“ etc. ipsisque etiam Bardesanis argumentis contra Astrologos utitur in hoc et sqq. hymnis. — Quum Bardesanes a siderum tempore nativitatis themate et effectione sortem hominum externam derivaret, *genethliologiam* exercuisse et sidera natalitia notasse dicitur. v. *Ephr.* hymn. 51, p. 550. D. „(Bardesanes) *horoscopum* (𐤀𐤋𐤍𐤏𐤃𐤁𐤁 horam natalitiam — alibi 𐤀𐤋𐤍𐤏𐤃𐤁𐤁𐤁 nativitas et punctum nativitatis v. hymn. 10. p. 460. B. et al. et *Michaëlis ad Castellii* Lex. sub h. v. — et astrorum situm, qualis nativitatis momento in hac vel illa coeli domo fuerat) *observavit* — et *sciscitatus est tempora* (𐤀𐤋𐤍𐤏𐤃𐤁𐤁 h. e. e stellis tempore quodam concurrentibus sortem externam cognoscere studuit, quod erat Genethlicorum et Planetariorum v. hymn. 6. p. 452 sq.) cll. hymn. 1. p. 439. A. B. Eundem in finem profecto etiam in legendis Chaldaeorum libris de signis Zodiaci magnam diligentiam praestitit, licet totum errorem probare non potuerit. — Caeterum, praeter ipsius Bardesanis fragmentum uberimum, ex Ephraemi 10. hymnis, a *quarto* inde, Chaldaeorum astrologia et fatum optime cognosci potest. *Fatum, astra, signa Zodiaci, Septem* (planetae), *astrorum dominium et influentia* promiscue usurpantur, hinc nomina 𐤀𐤋𐤍𐤏𐤃𐤁𐤁, 𐤀𐤋𐤍𐤏𐤃𐤁𐤁, 𐤀𐤋𐤍𐤏𐤃𐤁𐤁, 𐤀𐤋𐤍𐤏𐤃𐤁𐤁; 𐤀𐤋𐤍𐤏𐤃𐤁𐤁, 𐤀𐤋𐤍𐤏𐤃𐤁𐤁, 𐤀𐤋𐤍𐤏𐤃𐤁𐤁, 𐤀𐤋𐤍𐤏𐤃𐤁𐤁 (liber et fatum Chaldaei), hinc *cursus stellarum* (𐤀𐤋𐤍𐤏𐤃𐤁𐤁

F

anima in hoc exilium relegata sibi que relicta subli-

ⲓⲃⲟⲟⲩ) dicitur *rota vicissitudinum* (ⲓⲃⲟⲟⲩⲛⲓⲃⲟⲟⲩⲛⲓⲃⲟⲟⲩ
p. 461. D.) et (p. 460. B.) *stella fons et decisio vo-*
luntatum (ⲓⲃⲟⲟⲩⲛⲓⲃⲟⲟⲩⲛⲓⲃⲟⲟⲩⲛⲓⲃⲟⲟⲩ; nam vox media a
ⲓⲃⲟⲟⲩ; palpitavit, nictavit h. l. non est *timor* et *an-*
gor, ut in Lexicis adhuc sterilibus legimus, sed potius
agitatio, *decisio*) et quae sunt alia.

Idem, quod Ephraemus, clarius demonstrare studuit
Diodorus Tarsensis l. c. qui, ut verbis *Photii*
Epitomatoris utar, „convincit, verbo quidem Bardesa-
nem dimidiam duntaxat erroris partem praedicare, re
ipsa autem totum confirmare.“ Appellat Bardesani de
Fato sententiam e dimidio ab ista Chaldaeorum εἰμαρ-
μένης δόξα refectam et semi-insanam. Haec sunt
eius verba, quae parum mutata his p. 662. et 702. le-
guntur: αὐτὴ δὲ ἡμιμαρμένης τίς ἐστὶ καὶ ἡμίτοιμος· τὴν
μὲν γὰρ ψυχὴν εἰμαρμένης τε καὶ τῆς λεγομένης γε-
νεθλιαλογίας ἐλευθέραν ἀπολύει, συντηρῶν αὐτῇ τὸ
ἀντεξούσιον. ὑποτάττει δὲ τῇ ταύτης διαικῆσει τὸ σῶ-
μα καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα· πλοῦτον δὲ φημι, καὶ πενίαν,
καὶ νόσον, καὶ ζῶην, καὶ θάνατον, καὶ ὅσα οὐκ ἐφ’
ἡμῖν· καὶ ταῦτα πάντα τῆς εἰμαρμένης ἔργα δογματίζει.

Pronus erat in plenum errorem lapsus et re vera se-
riores *Bardesani* discipuli hominem suae potestatis
liberique arbitrii esse prorsus negarunt, *Mari-*
nus v. c. Bardesanista, qui in *Dial.* de R. F. p. 838.
et Diabolum et hominem ἀντεξούσιον esse diserte negat,
et quidem propterea, quod tum Deus, liberi arbitrii
auctor, mali quoque inde orti auctor sit — ἄτιος οὖν
τοῦ κακοῦ ὁ ἀγαθός — imperfectus etiam censendus,
quod abusum non praeviderit. — Quum vero mira vi-



mioris suae naturae viriumque ei insitarum non fiat conscia 3).

§. 7.

Christus Soter.

His spiritibus sibi cognatis iam olim quidem plures naturae coelestes (Aeones) legibus ferendis succurrerant 1), denique vero *Christus, Filius Vi-*

deretur *Eutropio* et *Adamantio* Marini sententia, Deum nihilominus iudicare Diabolum et homines non *αυτεξουσίως*, Marius p. 83g A. suam ipsius sententiam impugnans male, sed Bardesani convenienter, respondet: *κρίνονται δικαίως ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, διότι ὑπακούουσι τοῦ πονηροῦ*. — *Augustini de haeresibus* c. 35. verba: „addens de suo, ut fato ascriberet conversationes hominum,“ bifariam explicari possunt, ut aut vera Bardesanis sententia iis exprimatur, aut seriorum discipulorum male fidorum.

- 3) v. *Ephr.* hymn. 54. p. 555. F. „Dicunt, animam ab Aeonibus originem habere, neque posse comprehendere (ܘܚܝܘܢܝܘܬܐ = sq. ܘܚܝܘܢܝܘܬܐ) essentiam naturae et operationis suae (s. virium: *ܫܘܒܘܬܐ ܫܘܒܘܬܐ ܘܚܝܘܢܝܘܬܐ*). Quod si suam essentiam non valet pervestigare, quid oberrant isti circa illam substantiam summam eamque loco quodam circumscribunt?“

Succurrendum igitur erat animis coelo s. pleromate extorribus, has tenebras, haec vincula palpantibus.

- 1) Venerabilis *Ephraemus*, qui *unius consilii* et *unius providentiae Dei*, rebus humanis prospicientis, vestigia in V. Nque T. pie et vere agnovit (vid. v. c. hymn. 24., quem finit verbis: „Benedictus sit Ille, qui incepit



ventis, in has terras descendit, ut eos de ipsorum origine naturaque coelesti et de reditu piis sperando edoceret atque ita onus, quo premerentur, sublevaret. Natus est a *Maria* virgine, sed corporis *ἱλιχοῦ* nihil ex ea assumsit; corpore enim *ὀψρανίῳ* indutus per eam tantum transiit, ut per canalem, et homo esse visus hominibus eadem ratione apparuit, qua olim Abrahamo veterumque aliis ²⁾). Mortem speciosam perpessus in Pleroma rediit ³⁾).

et perficit!“), qui V. T. *tinctum esse totum Christo* professus est (v. hymn. 36. p. 521. B.), in hymn. 50. (ubi, sicuti in praeced. et sequente, de temporibus V. T., Mose et Prophetis divinitus inspiratis loquitur) p. 547. D. E. dicit: „(Convictus) erubescat Bardesanes, qui erravit et in errorem induxit docuitque, *multos legem dedisse* (ܐܘܪܝܢܐ ܕܡܘܫܐ ܕܥܘܠܡܐ Bened. plures commentus legislatores). Redargutus est; non enim sensit (ܐܘܪܝܢܐ ܕܐܝܢܐ ut hymn. 5. p. 470. F. ܐܘܪܝܢܐ ܕܐܝܢܐ *in scii*), unam esse veritatem, etsi multiplicem se exhibeat in suis legibus et sparsa sit in effatis suis etc.“ Bardesanes aliique in theophaniis et angelophaniis descensum *Aeonum*, *Christi* et *reliquorum*, agnoscebant, ut statim videbimus. Hos igitur subinde docuisse homines iisque leges dedisse h. l. cognoscimus.

- 2) Quum haeticorum, Bardesanis quoque, Christus origine, natura et opere varie differret a vero Orthodoxorum Christo, qualis in S. S. describitur, Ephraemus in hymn. 24. p. 494. B. dicit: „Multi Christi praedicantur, unus, qui annis *Manetis*, alius, qui diebus

Bardesanis venerit et *Marcioniticus* alius; et alius *Christus*, qui venit diebus *Apostolorum*." — De *Patre* et *Matre Christi* supra vidimus, ubi ab *Ephraemo* cum *Iesu nostro* nomen *Filii Viventis* commutatur, ut adeo de duplici persona *Christi*, οὐρανίου et eius, qui σωτήρ in has terras descenderit, in systemate *Bardesanis* cogitare nequeamus, quum nullibi vestigia reperiuntur, *Bardesanem* hanc opinionem cum aliis *Gnosticis* communem habuisse. — Quae de consilio descensus *Christi* in has terras ex sententia *Bardesanis* dixi, verbo tenus quidem non legimus, sed profecto e reliquis necessario fluunt. — De *nativitate Christi* ex *Virgine* s. potius per *uterum* eius *transitu* classicus locus est apud *Theodoret*. *Epist.* 145. l. c.: Βαλεντίνος, καὶ Βασιλειδης καὶ Βαρδησάνης, καὶ Ἀρμόνιος; καὶ τῆς τούτων συμμορίας, δέχονται μὲν τῆς παρθένου τὴν κύησιν, καὶ τὸν τόκον· οὐδὲν δὲ τὸν θεὸν λόγον ἐκ τῆς παρθένου προσειληφέναι φασίν, ἀλλὰ πάροδόν τινα δι' αὐτῆς ὡς περ διὰ σωλήνος ποιήσασθαι, ἐπιφανῆναι δὲ τοῖς ἀνθρώποις φαντασίᾳ (h. e. apud *Bardesanem*, corpore non hylico, sed coelesti, e materia quadam subtili, aetherea; v. *Neander* de *Valentino* p. 136. cl. *Abulpharag*. ed. *Pocock*. p. 77. (p. lat.) et 121. extr. et 122. (p. arab.) *Χρησάμενος*, καὶ δόξας εἶναι ἄνθρωπος, ὃν τρόπον ὡφθη τῷ Ἀβραάμ, καὶ τισὶν ἄλλοις τῶν παλαιῶν. Paulo post loquitur de iis, qui resuscitarent τὴν ὑπὸ *Βαλεντίνου* καὶ *Βαρδησάνου* πάλαι σπαρεῖσαν ἄρεσιν, de quibus dicit: παραπλησίως γὰρ ἐκείνοις ἠρνήθησαν, ἐκ τῆς ἡμετέρας φύσεως προσειληφθαι τοῦ *Δεσπότου* τὸ σῶμα.

Ephraemus saepissime in univ. accusat haereticos, contra quos pugnat, quod humanam *Christi* naturam dixerint esse ἰσῶς, similitudinem, φαντα-

Iohannem, antequam σωτηρῶν has inferiores partes (τὰ ἔξω) attingeret, iam igitur attulit suum ὄχημα (corpus e materia subtili, aetherea, ut cum Gnosticis loquar vid. *Neander* p. 327. cl. 219), ut habitaret nobiscum, neque demum huc allatus ἔξωθεν (e materia crassa) corpus sibi adscivit. b) *Deinde* (p. 851. B. sqq.) sententiam suam, ὅτι ἀπ' οὐρανῶν ἔχων ἦλθεν σῶμα, e S. S. confirmaturus, non in his terris tantum, sed etiam *coelestia corpora esse* docet ex 1 Cor. 15, 40 sq. λέγει γὰρ ἀπόστολος σώματα ἐπουράνια, καὶ σώματα ἐπίγεια (p. 852. A.); illud vero corpus οὐράνιον humani corporis speciem habuisse (C. τῷ δοκεῖν σχήματι ἀνθρώπου ἐφαίνετο), sicuti corpora Angelorum, qui Abrahamo apparuerint: δοκῆσει φαιέν ἑαυτὸν ἀνεληφέναι. ὡς καὶ οἱ ἄγγελοι τῷ Ἀβραάμ ὤφθησαν, καὶ ἔπιον μετ' αὐτοῦ, οὕτω καὶ αὐτὸς —, quod repetit p. 853. A. B. — illosque Angelos, inter quos *Bardesanes* ipse, teste *Theodoro* Christum fuisse dixit, re vera (ἀληθῶς) nec edisse nec bibisse indicat. — Poterant Bardesanistae Christum ἀγέννητον vocare, quod iis *Adamantius* (p. 852. B.) crimini vertit, partim quod negabant τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν καὶ οἰκονομίαν Χριστοῦ, partim quod vertebant ita domesticum Ἰ.Δ. — c) Paulo post (p. 855. A.) coniunctis locis Eph. 4, 10. et Ioh. 3, 13. evincere conatur, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου h. e. *Christum corpore*, humano simili, iam *indutum* (ita enim premenda est haec appellatio, ut sensum et vim quandam habeat *Marini* argumentatio) coelitus venisse, quum ita sit rediturus (ἀναβάς) —; corpus enim ὑλικὸν neque resurgere neque coelum attingere posse, prolixè deinde probat, pariter ac *Valentinus* docuerat (*Epiphani.* haer. 31.) μὴ εἶναι τὴν ἕλην δεκτικὴν σωτηρίας —. *Adamantio* obicienti, in Evangelio eum e *Maria* natum esse legi, „nos quoque fatemur, inquit,

ὅτι διὰ Μαρίας, ἀλλ' οὐκ ἐκ Μαρίας. ὡσπερ γὰρ ὕδωρ διὰ σωλήνος διέρχεται, μηδὲν προσλαμβάνον οὕτω καὶ ὁ λόγος διὰ Μαρίας, καὶ οὐκ ἐκ Μαρίας. — Ita verbis S. S., si e re videretur, alia substituebant laxi interpretes, nonnunquam vero verba Codicis puerili pertinacia premebant. Nam quum d) *Marinus negat, Christum ἐκ σπέρματος τοῦ Δαυὶδ ortum esse*, et sententiae tuendae causa p. 857. F. sq. ad *Matth.* 22, 42 - 45. provocat, cuius loci notissimi ultima verba sunt: εἰ οὖν Δαυὶδ ἐν πνεύματι Κύριον αὐτὸν λέγει, πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν; „vidistine, addit, ut improbet dicentes, ipsum filium Davidis esse, quum ipse neget?“ Quumque recte monuisset adversarius, illud πῶς saepius in II. SS. οὐκ ἐπὶ ἀσκήσεως, ἀλλ' ἐπὶ πεύσεως κεῖσθαι — non habere vim *negandi* sed *interrogandi* — et loca S. attulisset; addit: Δαυὶδ κύριον αὐτὸν ὁμολογεῖ, οὐχὶ υἱόν. —

Est igitur *Bardesianes* iis *Docetis* accensendus, qui Christum *vero quidem corpore, sed e materia subtiliori composito* vestitum adfuisse docebant, non vero iis, qui eum umbra tantum figurae humanae s. simulata hominis specie, cui nil veri infuerit, indutum hominibus, ut merum φάντασμα, apparuisse fabulabantur.

- 3) vid. *Ephraemi* hymn. supra laud. 36. p. 521. F. ⲓⲥⲓ ⲓϥⲁⲓⲟⲩⲥⲓ ⲥⲓⲟⲩⲥⲓ ⲥⲓϥⲁⲓⲟⲩⲥⲓ „mortem eius fingunt speciem (δόκησιν = speciosam) fuisse.“ — *Marinus* (p. 850. F.) diserte dicit: δοκήσει (= οὐκ ἀληθῶς p. 854. E.) πέπονθεν αὐτός.“ — Idem tradit *Eriphanius* ita contra *Bardesanem* disputans: „Mortuus est pro nobis Dominus et resurrexit καὶ οὐχ ἀπλῶς ἐν δοκήσει πέπονθεν. Sepultus enim est eiusque corpus nonnulli gestaverunt. Testis est Iosephus Arimathacensis, testes illae mulieres, quae ad sepulcrum unguenta detulerunt, testes centum illae aloës librae, ὅτι οὐκ ἦν δόκησις, οὐδὲ φαντασία“ etc.

linquentes corpore coelesti s. spirituali induentur, corpus vero terrenum, quo nunc constringuntur, nunquam resuscitandum, in aeternum peribit 2).

gabuntur, animae spirituales hominum Angelis, σύζυγοις suis, iungentur (ἀνεπανσεις ἐν γάμοις) cf. *Neander* p. 141 sq. 151 sq. — Uti Bardesanis *Ruchod' Kud-scho* filiae suae genibus insidenti blanditur, ita *Deus* secundum *Auctorem Homiliarum Clement.* (homil. 16. c. 12.) *Sophia* sua semper collaetatur: τῆ δὲ σοφίᾳ ὡσπερ ἰδίῳ πνεύματι αὐτὸς ἀεὶ συνέγγισεν.

- 2) *Corporis resurrectionem Bardesanem negasse*, aegerrime tulit *Ephraemus*, ut primo loco ponat hunc eius errorem in *hymn.* 1. p. 438. C. „Quantumne invidit Malus corpori Bardesanis! Ore suo abscidit (ܐܘܘܪܐ) spem suam, dimidiam sui partem (ܫܘܠܬܐ) infamavit, linguam exseruit (ܠܘܘܐ, evaginavit, eduxit, *de gladio*), ut suam resurrectionem abnegaret (ܐܘܘܪܐܘܘܐܘܐ)“ cll. *hymn.* 53. p. 553. F. „dicunt, corpus e malo eiusque nullam esse *resurrectionem* (ܐܘܘܪܐ)“ — In *Actis s. Ephraemi* p. L. legimus: „Edessae, ubi prae ceteris *Bardesanis* haeresis invaluerat, incidit in manum Ephraemi unus e libris perniciosis (ܠܘܘܐܘܘܐ, verführerisch) Bardesanis huius fere argumenti, ut ipse pius (ܠܘܘܐܘܘܐ s. *monachus*) Ephraemus dicit (iam sequitur fragmentum ex *hymno* Ephraemi heptasyllabo): Reperi librum Bardesanis et contristatus sum ad horam, nam polluit aures meae et renes meos (ܠܘܘܐܘܘܐ = ܠܘܘܐܘܘܐ) foetore bla-



sphemiarum suarum. Audivi in carminibus eius (ⲓⲛⲓⲛⲓⲛⲓⲛⲓ) blasphemias et in *lectionibus* eius (ⲓⲛⲓⲛⲓⲛⲓⲛⲓ) maledictiones. Quod si corpus non resurgit (ⲗⲟⲓⲟⲩⲛⲓ ⲛⲓ ⲓⲟⲩⲧ), dignum erit maledictionibus. Quod si (Deus) creavit corpus corruptioni destinatum (ⲓⲛⲓⲛⲓⲛⲓⲛⲓ), *nec in aeternum unquam resuscitandum*; en! blasphemias eius contra Iustum, negatque (ⲗⲟⲓⲟⲩⲛⲓ cll. *Ephr. adv. haeres.* p. 471. B.) providentiam (ⲓⲛⲓⲛⲓⲛⲓⲛⲓ) Dei. Excitat odium (corpori) caro (ⲓⲛⲓⲛⲓⲛⲓⲛⲓ, *dilectus, carus*; ita ⲓⲛⲓⲛⲓⲛⲓⲛⲓ *cari, dilecti* T. III. p. 247. F. — adde *Lexico*) et adimit (ⲓⲛⲓⲛⲓ syn. ⲓⲛⲓⲛⲓ *Ephr. adv. Haer.* p. 438. 471. et saep.) spem vivis.“ *Eriphanius* l. c. *Bardesanem*; τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἀρνησάμενον, tum exemplo Domini, qui primus resurrexit, ἵνα γένηται ἡμῖν ἀρχαβὼν τῆς ἀναστάσεως καὶ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, tum testimoniis S. S. v. c. 1 Cor. 15, 53. et Matth. 25. pravi erroris convincit.

Neque vero statuit *Bardesanes*, omni corpore s. organo animam, his terris relictis, carere, sed hoc tantum σῶμα ὑλικὸν interire contendit, animam vero his vinculis solutam σῶμα πνευματικὸν induere. Ita appellat novum corpus *Marinus* (in *Dial.* Sectione V., quae περὶ ἀναστάσεως inscribitur) p. 859. C. 865. C. et discernit inter σάρκα (σ. ὑλικὸν) et σῶμα p. 864. C. (quod discrimen antea p. 851. C. ab adversario pressus sustulerat). Est hoc ultimum trium dogmatum, quae *Marinus* in illo Dialogo contra Orthodoxum defendit, τὴν σάρκα, εἰς ἣν ἐνδελέμεθα (s. ut deinde dicit: τὸ σῶμα) μὴ ἀνίστασθαι. (v. p. 854. B. et 855. A.). *Argumenta*, quibus nititur, maximam partem

sunt vulgaria. A) *e natura rei petita.* — a) Corpus, quo iam circumdati et constricti sumus, quum fluxae sit substantiae (ὄψωψης οὐσίας ὑπάρχον) et modo incrementa capiat, modo morbis et aetate consumatur, a puero usque ad senectutem non manet idem, plura potius sunt corpora, puerile, mediae aetatis, senile; dicant igitur adversarii, quodnam corpus resurgat? (p. 859. C. et 860. A - D.) — b) Si vel ponamus, quod adversarii volunt, id corpus, quod a prima aetate usque ad senectutem maneat, resurgere; dicant, quisnam sanguis resurgat cum homine, isne, quem venarum praecisionibus (φλεβοτομίας) homines quotannis excernunt, an is, qui in sanguinis eruptionibus (αἰμορραγίας) elicitur? (p. 860. E. — „Venaesectiones resurrectioni obstare, aut saltem simplicioribus creditu difficiliorem facere scripsit *Origenes* in Ps. I. apud *Epiphanium* p. 231.“ *Wetstenius* ad h. l. —) c) Homo ex terra, aqua, igne et aëre constat. Cum ergo moritur et dissolvitur, unaquaeque substantia in proprium elementum recidit, veluti pars ignis in ignem, aquae in aquam etc. Quo igitur modo in resurrectione *idem* Homo resurgere potest, cuius partes confusae sunt? Perinde hoc fieri nequit, ac si quis asseveret, se aquam in alto maris effusam *eandem* recuperaturum esse. Necessario igitur alius pro alio homine excitatur. (p. 861. B.) — Quae quum e physiologia et medicina argumenta repetisset, iam (inde a p. 861. E. B) affert *testimonia S. S.* a) Deus in primo Testamento dixit: οὐ μὴ καταμείνη τὸ πνεῦμα μου ἐν τοῖς ἀθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι ἀντοὺς σάρκα καὶ αἷμα. b) Nec prophetae, nec Apostoli mentionem fecerunt carnis aut sanguinis, sed solius animae (ψυχῆς μόνης), quae est immortalis, quam servari optabant. Ac primum quidem David, ὅτι ἐξύσω, inquit, τὴν ψυχὴν μου ἐκ θανάτου Ps. 56, 13. cll. Ps. 42, 2. 57, 1. 16, 10.

Unde vides, addit, ὅτι ψυχὴν μόνην ἦρχοντο σῶσαι, οὐ σάρκα καὶ αἷμα. (p. 862. A. B.) c) Ex Apostoli sententia (Rom. 7, 24.) corpus carcer (δεσμὸν) animae est et omnium malorum causa, quippe quo anima lapsa poenae loco inclusa est (vid. supra), teste S. S. Gen. 3, 21. Quod profecto non excitandum est, ne semper in vinculis anima exerceatur. (p. 862. C. D.) — d) Locus palmarius est 1 Cor. 15, 50. ubi Apostolus dicit: σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν θεοῦ κληρονομήσαι οὐ δύναται, οὔτε ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν. — Τί τούτου φανερώτερον, addit, τί τούτου τηλαγχέστερον; Et procul dubio hunc locum rectius interpretatur *Marinus*, quam *Adamantius* orthodoxus, qui cum plerisque Patribus verens, ne quid haereticis tribueret, σάρκα καὶ αἷμα νοητῶς (sensu spirituali) accipienda et τὰς αἰσχροῦς καὶ φανλοτάτας πράξεις significare statuit. Recte dixerunt Bardesanistae in hoc celeberrimo capite doceri, corpus nostrum futurum non e crassa hac materia carnali, sed e subtiliori, aetherea quasi et spiritali materia constitutum esse, dummodo cum Apostolo (vid. v. 36. 37. 42 - 44.) docuissent, in hoc nostro corpore semina, stamina quasi, futuri corporis latere. Hoc vero negarunt, quum totum hoc corpus immundum ideoque delendum censerent, quod tum e reliqua Marini disputatione (p. 865.) cognosci potest, ubi (B.) verbis Apostoli v. 37. 38. in suam rem abutitur, tum e ceteris Gnosticorum συστήμασι patet. — Hinc *Enochum* quoque et *Eliam* in coelum abeuntes haec sua corpora dimisisse suamque hoc pacto naturam purgasse putaverunt. v. *Ephr.* hymn. 19. p. 477. E.

Secta Bardesanistarum, qui filii et discipuli Bardesanis vel ܒܪܕܝܣܝܢܐ? (Ephr. hymn. 23. p. 490. E.)

G

vocantur, quum numerosi amatissimi et doctissimi Patris hymni funestam ei cladem dedissent, saeculum quintum vix superasse videtur. Quum veram fidem simulantes coetui Catholicorum semper sese immiscerent, et quos idoneos invenissent, ad suas partes pellicerent, *Vulpes* saepius eos Ephraemus appellat (v. c. hymn. 14. p. 468. D. sqq.) aut canibus comparat, qui domesticos allatrent, qui, quum custodes gregis esse debeant, lupis opitulentur pecorique infesti in caulas irrumpant et oves agnosque rapiant. (v. hymn. 52. p. 551. C.) Haud dubie Bardesanistae quoque, ut omnes fere Gnosticorum sectae, a Magistri, si qua fuit, quae fuisse sane dicitur, virtute degenerarunt; auctor certe Actorum s. Ephraemi lasciviae eos et improbitatis accusat.



C o r r i g e n d a .

- p. 7. lin. 6. ab inf. lege: $\sigma\iota\sigma\omega\acute{\nu}?$
 — 11. — 6. lege: pendet
 — 12. — 5. post agnovit comma excidit
 — 19. — 8. et 7. ab inf. lege: ad orandum
 — 33. — 18. lege: vidimus
 — 40. — 8. ab inf. lege: mebatelleh
 — 51. — 7. — lege: distincti
 — 67. — 2. post honore excidit insigniri
 — 75. — 6. ab inf. lege: diserte
 — — — 5. — dele punctum post descendere
 — 78. — 10. lege: B)
 — 86. — 22. — ἕλη
 — 87. — 14. — ἀυτόν
 — — — 25. — $\iota\Delta\alpha\acute{\iota}$
 — 92. — 3. — ῥευστής.

Alias mendas leviores benevolus lector ipse expunget.



Verzeichnis

Nummer	Titel	Verfasser	Ort	Jahr
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50



LIPSIAE

EX OFFICINA F. C. G. VOGELII.



LIBRARY

UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT







D. Sc 1685

ULB Halle

3/1

000 886 149



